









Halle Diss. 1697

(T-Z)



1697.

16. Stykius, Samuel: De jure allodiali principum imperii
17. Stykius, Samuel: De temerariis jurii manentibus.
Vom Anst. Verbrechen.
18. Thomarius, Christianus, Tetus: . . . ac. Fests. Juridice . . .
Vicarius: Lecturis s. p. l. et o. p. (et disputationibus
in uny. Johanni Christophori Rubin invitat)
- 19^{a, b} Thomarius, Christianus: De jure circa titulos honorum.
2 Exempl.
- 20^{a, b, c, d} Thomarius, Christianus: De jure circa pharmacopolia
circulatum. 4 Exempl. 1697, 1711, 1722 et 1729.
- 20^e Thomarius, Christianus: De jure circa pharmacopolia
circulatum. Rec. 1752.
- 21^{a, b, c} Thomarius, Christianus: De officio Directorum et Vicariorum
Circulariorum in executione sententiarum. 3 Exempl. 1697 et
1731.
- 22^{a, b, c} Thomarius, Christianus: LXX theses ex jure vario.
2 Exempl.

23 a, b, c, d Thomasis, Christians: An Saecris sit coronat?

4 Sampl. 1697, 1727.

24 a, b, c Thomasis, Christians: De jure principis circa kal-
reticos. 3 Sampl. 1697, 1712 et 1722.

LECTURIS

170000



1002

[Faint, illegible handwriting in German script, possibly a list or index, covering the majority of the page.]



10

Apr. 39. *Revised* 31.

1697

202

8

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS,
DE

JURE CIRCA PHARMACOPOLIA CIVITATUM,

P 138,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECTORATUS BRANDENBURG. HÆREDE,

&c. &c. &c.
CONSENSU SUPERIORUM
PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
CONSILIAR. ELECT. BRANDENBURG. ET FACULT.
JURID. h. t. DECANO,

PRO LICENTIA



Summos in utroque Jure honores ac Privilegia
Doctoralia ritè capeffendi,
Publico Eruditorum-Examini submittit

CHRISTIANUS LUDOVICUS FRITSCHIUS,
Schwartzburgicus.

IN AUDITORIO MAJORI

D. XV. April. MDCXCVII. horis ante & pomeridianis.

RECUSA, HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1722.



PHILIPPUS
PHARMACOPOLIA

PHILIPPUS
PHARMACOPOLIA

PHILIPPUS
PHARMACOPOLIA

PHILIPPUS
PHARMACOPOLIA



SUMMARIA.

CAPUT I. Pharmacopœorum variae denominationes. §. 1. Tres Sectæ antiquæ Medicorum §. 2. Empirica, Methodica, Rationalis seu Dogmatica §. 3. Sectæ Galenicorum & Hippocraticorum, item Paracelsiarum. Galeni magna autoritas. §. 4. Schola Salernitana. Constitutiones Siculae de Medicis Rogerii I. & Friderici II. Imperatoris. §. 5. 6. 7. Hodierni Medici Paracelsistæ, Galenici, Medii, Hippocratici, Cartesiani. §. 8. Secta nova Sennertiana. §. 9. Olim Medici ipsi pharmaca præparabant, Galenus, Aristoteles, item Reges Pharmacopœi. §. 10. Inter partes Medicinæ est Pharmaceutica. §. 11. Postea Medicamentorum præparatio à Medicina separata fuit. §. 12. Post Paracelsi tempora Pharmaceutica vel Galenica vel Paracelsica seu Chymica. Harum parium inter se collisiones. §. 13. Differentia pharmacopolarum ab antiquis Pigmentariis Seplasiariis & Medicamentariis. §. 14. Inspecie de Pigmentariis. §. 15. Seplasiariis & Medicamentariis. §. 16. Conueniunt hi cum hodiernis Aromatopoli, seu Materialistis. §. 17. Summaria expositio originis pharmacopolarum uerbis Helmontii. §. 18. Neque enim Aromatopoli, neque cum Pharmacopoli confundendi Unguentarij olim uiles habiti. §. 19. Neque Apothecarij ueterum & ipsi uiles §. 20. Apothecæ & Apothecæ Kunst, cuius mentio fit in versione Bibliorum Lutheri, non denotat Pharmacopolas nostros, aut pharmacopœiam hodiernam. §. 21. Hodie tamen pharmacopole uti germanice Apothecæ dicuntur, ita & latina terminatione Apothecarij uocantur, item Confectionarij & Stationarij. Ficti nõ curant Nizolium. Statio quid? §. 22. Apothecariorum definitio. Pharmacopœi, Pharmacopole. §. 23. Apothecarij sunt Ciues Nobiles non dant operam pharmacopoliis. Rusticorum Apothecæ in sola Cereuisia calida. §. 24. Occasio pharmacopoliis in Germania inductorum fuit simul cum pseudo-Christianiismo inductorum luxus. §. 25. Differentia pharmacopœorum à Medicis, Aromatariis, Circumforaneis, Laborantibus, Destillatoribus. §. 26. Pharmacopœi uel minorum, uel maiorum Civitatum & horum differentia. §. 27. Inepta methodus commendandi Status ab hominibus inuentos exinde quod eorum in SS. literis fiat mentio. §. 28. Pharmacopole pertinent ad Status hominum extraordinarios. §. 29. Usus doctorum in questionibus de iure pharmacopœorum quatenus scilicet Leges Romanæ ad earum decisionem pertineant. §. 30. Cur iurium illorũ deductio magnam partem fiat ex Constitutionibus Siculis. §. 31. Quomodo Fictus

versari debeat in dubiis Controversiis circa status hominum arbitra-
 rios, qualis etiam est status pharmacopœorum. §. 32. Cur inquestioni-
 bus de jure pharmacopœor. Medicor. scripta caute sint legenda? §. ult.

CAPUT II. Considerabuntur potissimum pharmacopœorum jura pro-
 pria, relictis illis quæ ipsi cum Medicis communia sunt. §. 1. Officia
 quædam pharmacopœi huc non pertinentia. §. 2. Officia ejus circa com-
 parationem Medicamentorum. §. 3. Et compositionem. §. 4. Furamen-
 tum pharmacopœis & eorum ministris, quod officio ritè fungi velint
 præstandum. §. 5. Dispensatoria pharmacopœorum. §. 6. Inter privile-
 gia pharmacopœorum est eorum dignitas. §. 7. Immunitas ab oneri-
 bus personalibus. §. 8. Et à quibusdam realibus. (Refutatur Tabor.)
 §. 9. Jus prælationis in concursu Creditorum. §. 10. Privilegia contra
 Aromotarios & Circumforaneos. §. 11. Pharmacopolia sunt in urbi-
 bus saltem, neque hic ubiq; citra certum & definitum numerum. §.
 12. Privilegia tamen talia non violantur sibi augmentum Civium,
 aut novam Academiam novam concedatur pharmacopolium. §. 13.
 Medici hodie non possunt Medicamenta promiscue vendere. §. 14. 15.
 Pharmacopœi non debent agros curare. §. 16. nisi sint Doctores
 Medicinæ, ad quam dignitatem acquirendam non sunt incapaces.
 §. 17. & post promotionem cogi non possunt, ut officinam suam
 alii vendant. §. 18. Nec obstat, quod non calleant linguam Lati-
 nom. §. 19. quod non integrum triennium studio Logicali insumere
 possint, §. 20. quod non sint homines sacri, ut Medici. §. 21. quod hoc
 modo promotiones Doctorales proficiantur. §. 22.

CAPUT III. Cura Magistratus etiam non implorati intuitu pharma-
 copoliorum & pharmacopœorum. §. 1. Adhortantur Medici, ut Recepta
 sua in officinis frequenter præparari curent. §. 2. Visitatio phar-
 macopoliorum publica a quibus expedienda. §. 3. quando & cujus
 sumtibus? §. 4. Pœna negligentium Medicorum & Pharmacopœo-
 rum. §. 5. Cura Magistratus circa præparationem Medicamentorum
 §. 6. & eorum venditionem partim intuitu mercium, quæ venduntur.
 §. 7. partim intuitu pondærum & pretii, ubi de taxa pharmacopo-
 liorum. §. 8. Pharmacopœi artem Medicam exercentes puniendi. §.
 9. Pacta Pharmacopœi cum egrotantibus, & collatoria item cum
 Medicis prohibita. §. 10. Index aliorum errorum, circa quos curabit
 Magistratus, ne Pharmacopœi in eos incurrant. §. 11. Pœna Phar-
 macopœorum & actiones adversus eos, §. 12.

CAP. I.

De

ORIGINE ET STATU PHAR-
MACOPOEORVM.

§. I.



Harmacopœi , Germa-

nis die Apotheker , de quibus in præ-
senti nonnulla differere constituimus,
varia pro varietate temporum diver-
sarumque Gentium indole sortiti sunt
nomina. Quippe aliis modo Sepla-
sarii, Aromatarii, Medicamentarii
& Pigmentarii appellati leguntur,
modo apud alios Confectionariorum, Unguentariorum & A-
pothecariorum nomine venerunt. Quantum ad mores Se-
culi nostri attinet, id quidem extra omnem dubitationis aleam
positum esse arbitramur, Pharmacopolas hodie ab Aromato-
polis & Pigmentariis von denen Gewürz-Crämem und Mate-
rialisten distinctam exercere negotiationem; cum tamen & in-
ter eosdem pro more corrupti generis humani haud raro sæ-
cundæ lites, potissimum exinde nativitatem suam trahentes
quod Pharmacopolæ ab Aromatopolis præparatione medica-
mentorum eorumque venditione circulos suos turbatos esse
conquerantur, oriri soleant, hinc ut eo distinctius appareat,
quid sit & quis proprie dicatur Pharmacopola, rem ex Histo-
ria & antiquitate paulo altius repetere operæ pretium fore
duximus.

§. II. Quemadmodum autem in aliis Disciplinis eveni-
re solet, ut, licet simplices à Deo creati sint homines, varias
tamen artes quærant, id est, ut vel studio novitatis & acquiren-
tæ famæ, vel etiam ex præcipitantia, quam corrigere postea
existimationi derogaturum sibi persuadent, in variis dissen-

siones prolabantur, nec quoque desint, qui vel autoritatis præjudicio, vel alia, nescio qua causa commoti, novas istiusmodi opiniones arripiant eademque pro aris & focis, quod dici solet, defendant, unde tam varix in omnibus Facultatibus Sectæ primam suam originem computant; ita quoque in Medicina factum esse deprehendimus. Nam cum sub infantia Medicinæ, ut loquitur *Alstedius in Thesauro Chronologie Chronol. 46. ab init.* Patriarchæ ante & post diluuium in duabus Medicinæ partibus, Diætetica & Botanica, iisque longe præstantissimis, excellissent, nec de Disciplina in formam artis redigenda solliciti fuissent: subsequētib; temporibus Medici inter Gentiles famigeratissimi eandem à primæva ista simplicitate, quæ sicut in cultu divino externo, ita & in hac parte ipsis profusus exosa erat, vindicare, subtilibus speculationibus atq; ratiocinationibus illustrare, sed & eo ipso simul pederentim in diversas sententias abire cœperunt donec successu temporis primo quidem duæ tantum Medicorum Sectæ, *Empirica* scilicet & *Dogmatica* sive *rationalis* prodierint, iisdem tamen mox & tertia, quæ *Methodicæ* nomen nacta, sociata fuerit, licet hanc, cum reuera ad scholam rationalem pertineat, inepte novæ Sectæ famam affectasse notat *Coring. introd. in univers. art. Med. c. 2. thes. 1.* sed tamen differentiam in §. sequ. ipse Conringius suppedabit.

§. III. De singulis paucis agemus. Quantum ad *Empiricos* attinet, eosdem cum hodiernis quibusdam Cartesianis, ad sola experimenta quasi prædestinatis, non inepte conferas. summa enim doctrinæ, quam foverunt, huc redit, quod in usu tantum & experimentis Medicinam posuerint, solam experimentorum notitiam arti satis esse, item Medicinam ab experimentis esse deductam, repertis deinde Medicinæ remediis homines de ratione eorum differere cœpisse, itaque post inventam Medicinam demum rationem esse quæsitam, autumaverint. v. *Conring. l. c. th. 2.* Notus ex hac Secta inter alios quoque Sextus ille Empiricus, cujus mentionem injicit *Autor modo citatus thes. 7.* qui aliquot libros contra Mathematicos i. e. dogma-

dogmaticos edidit, & qui alias ad Philosophos Scepticos referri solet. Unde alii meditationi reservandum, annon plerique Pyrrhonorum, qualis & Sexus fuit Empirici, aut certe plerique Empirici, Sceptici fuerint. Illud certum & ab illustri Gallo Monf. de la Mothe le Vagueur satis aperte demonstratum Pyrrhoniis & ex consequenti Empiricos non adeo absurdos fuisse, ut communiter juventuti Academicæ sistuntur. Empiricis plane contrariatur *Methodicorum* secta, cui, uti Acron Agrigentinus Empiricæ, Asclepiades primum occasionem dedit. Hi in alterum extremum prolapsi, omnem experientiam omnem causarum facultatum, locique effecti cognitionem rejecerunt. solum indicationem, quæ ab affectu sumitur, sufficere ad Curationem existimantes. Media inter hæc duas in utroque extremo collocatas sectas via *Dogmatici* sive *Rationales* incedunt, quorum Autor Hippocrates Cous fuit. Hi artem non sola experientia sed hac cum ratione conjuncta demum æquiriti & comparari professi sunt, ob eandemque causam non immerito eorum maxima semper laus & summa existimatio fuit, v. *laudatus Conring. d. l. 1b. 8. & 9.*

S. IV. Ut propius ad nostra tempora veniamus paucis dicendum erit, quænam à Seculo XIII. sequentibus temporibus Medicinæ in Europa facies fuerit. Hanc quidem nulli ex modo memoratis Sectis conformatam fuisse expeditum est. Cum enim usque ad annum supra millesimum quingentesimum variæ ab Europæis Christianis ad terram sanctam recuperandam expeditiones susciperentur, hac occasione quoque factum est, ut varia tum Philosophica, tum Medica Arabum scripta in Latinum sermonem verti & ex illis præcipua utriusque disciplinæ præcepta peti cœperint, illaque scripta per integra tria secula, puta à 13. ad 15. publice in scholis explicata fuerit, *Conring. l. c. 1b. 20. & in addit. p. 65.* Verum ubi circa annum 1500. scriptores Græci, Hippocrates & Galenus, fuerunt translati, Arabibus palmam disputare cœperunt & paulo post plane eximere. Ita enim ad palatum fuerunt hominibus nova subinde anhelantibus, ut ab hoc tempore novæ
 iterum

iterum sectæ, Galenicorum & Hippocraticorum, initium sumferint. In specie tamen Galeni maxima autoritas fuisse videtur sicut olim in Græcia, sic & apud Europæos. De Græcis refert *Aur. cit. loc. cit. th. 17.* quod multi dicta ejus ad instar oraculorum suspexerint, & quod quidam, Oribasius, ita Galenum fuerit sectatus, ut simiæ Galenicæ titulum hinc meruerit; de Europæis, Italis & Germanis vero *th. 19.* quosdam nelatum quidem unguem à Galeni placitis discedere voluisse, atque adeo visos esse, quod in verba illius Magistri quasi juraverint, qui fervor pro Galeno non tam cito remisit, sed ad Conringii fere tempora continuatus fuit, ita quidem, quod ille, qui Galeni autoritatem in dubium vocare voluerit, pro periculoso Novatore, ne quid peius dicam, sine omni controversia habitus fuerit. Subjicit *Conring. l. c. th. 20.* de origine Sectæ *Paracelsicæ* atque in Theophrastum Paracelsum fat acerbe invehitur, de quo nos in sequentibus aliqua monebimus.

§. V. Inter Scholas Medicas Seculo circiter undecimo, & sic inter primas in regno Neapolitano florere cepit decantata illa & vel ob solum libellum poeticum de conservanda valetudine, notissima *Schola Salernitana*. Cum enim Constantinus, homo quidem Afer, post longas per Asiam universam, sub Muhammedanorum imperio doctrinæ omni genere florentem, peregrinationes patria profugus se Salernum recepisset, atque Abbati suo Desiderio, qui post Victor III. Papa fuit, haud pauca Medici argumenti ex Arabico Latine versa dedicasset, occasione horum operum excitata ibidem potissimum artis studia creduntur, ex quo nata Schola quædam Medica. *v. Conring. de Antiqu. Academ. Dissert. 5. pag. 98. seqq.* Qua rerum facie, sine dubio, ut Scholæ Medicæ Salernitanæ majorem autoritatem conciliaret, Rogerius I. Siciliæ utriusque Rex & Salerni Princeps, legem specialem de Medicis tulit sequentem in modum: *Quisquis à modo mæderi voluerit, officialibus nostris & Judicibus se presentet, eorum discutiendum judicio; quod si sua temeritate præsumserit,*
caro

carceri confringatur, bonis suis omnibus publicatis. Hoc enim prospectum est, ne in regno nostro subjecti periclitentur ex imperitia Medicorum. Non multo post Fridericus II. (uti contra illos, qui hanc legem Friderico I. tribuunt, præsumit *Conring. de antiquit. Acad. Diss. 2. p. 54.*) Imperator occupato regno Neapolitano eandem legem ibi non confirmavit tantum, sed & ampliavit, cujus sanctionis ipsissima verba apponere non pigebit: *Utilitati speciali, inquit, prospicimus, cum communi saluti fidelium providemus. Attendentes igitur grave dispendium, & irreparabile damnum, quod posset contingere ex imperitia Medicorum, jubemus in posterum nullum Medici titulum prætendentem audere practicari aliter, vel mederi, nisi Salerni primitus & in conventu publico Magistrorum judicio comprobatus, cum testimonialibus literis, de fide & sufficienti scientia, tam Magistrorum, quam ordinatorum nostrorum, ad præsentiam nostram, vel nobis a regno absentibus, ad illius præsentiam, qui vice nostra in regno remanserit, ordinatus accedat, & a nobis, vel ab eo medendi licentiam consequatur: pena publicationis honorum & annalis carceris imminente bis, qui contra hujusmodi nostræ Serenitatis Edictum in posterum ausi fuerint praticare. vid. Constitut. Siculas l. 3. tit. 34. De probabili Experientia Medicorum, in Codice LL. antiquarum Frider. Lindenbrog.*

§. VI. Superfunt adhuc aliæ duæ leges Friderici II. apud Lindenbrogium *loc. prox. cit.* quæ cum non solum de studio Medico ejusque praxi, sed & circa Pharmacopolas multa observata digna &, ut ex infra dicendis patebit, fere omnia, quæ hodie, quoad Pharmacopolas in usu sunt, contineant, nos quoque hic simul eadem communicabimus. Verba legis in ordine tertiæ hæc sunt: *Quia nunquam sciri potest scientia Medicinæ, nisi de scientia Logicali præscribatur, statuimus, quod nullus studeat in Medicinali scientia, nisi prius studeat ad minus triennio in scientia Logicali: post triennium, si voluerit, ad studium Medicinæ procedat: ita quod Chirurgiam, quæ est Ars Medicinæ, infra prædictum tempus addiscat. Post quod, & non ante, concedatur sibi licentia practicandi, examinatione juxta Curie formam*

B

mam

*nam prahabita, & nihilominus recepto pro eo de predicto tempore
 studii testimonio Magistrali. Iste Medicus jurabit servare formam
 Curie, hactenus observatam, eo adjecto, quod si pervenerit ad no-
 titiam suam, quod aliquis Confectionarius minus bene conficiat, Ca-
 rrie denunciabit, & quod pauperibus consilium gratis dabit. Iste
 Medicus visitabit egrotos suos ad minus bis in die, ad requisitionem
 infirmi, semel nocte: a quo non recipiet per diem, si pro eo non e-
 grediatur civitatem vel Castrum, ultra dimidium tarrenum auri.
 Ab infirmo autem, quem extra Civitatem visitat, non recipiet per
 diem ultra tres tarrenos, cum expensis infirmi: vel ultra quatuor
 tarrenos cum expensis suis. Non contrahat societatem cum Confe-
 ctionariis, nec recipiat aliquem sub cura sua ad expensas suas, pro
 terra pretii quantitate; nec ipsi etiam habebit propriam stationem.
 Confectionarii vero facient confectionem expensis suis, cum testi-
 monio Medicorum juxta formam constitutionis: nec admittentur
 ad hoc, ut teneant confectiones, nisi prestituto juramento, quod om-
 nes Confectiones suas secundum predictam formam facient sine
 fraude. Lucrabitur autem stationarius de confectionibus suis se-
 cundum istum modum de confectionibus & simplicibus Medicinis,
 quae non consueverunt teneri in Apothecis ultra annum, a tempo-
 re emptionis; pro qualibet unica poterit & licebit tres tarrenos lu-
 crari. De aliis vero, quae ex natura Medicaminum vel alia causa,
 ultra annum in Apotheca tenentur, pro qualibet uncia licebit lu-
 crari tres tarrenos. Nec stationes hujusmodi erunt ubique, sed
 in certis Civitatibus per regnum, ut inferius describitur. Nec
 tamen post completum quinquennium practicabit, nisi per annum
 integrum cum consilio experti Medici practicetur. Magistri vero
 infra istud quinquennium libros authenticos, tam Hippocraticos,
 quam Galeni, in Scholis doceant, tam in theoria, quam in pra-
 ctica Medicinae. Salubri etiam Constitutione sancimus, ut nullus
 Chirurgicus ad practicam admittatur, nisi testimoniales literas
 offerat Magistrorum, in Medicinali Facultate legentium, quod
 per annum saltem in ea parte Medicinae studuerit, quae Chirur-
 gie instruit facultatem, & praesertim anatomiam humanorum
 corporum in Scholis didicerit, & sit in ea parte Medicinae perse-
 ctus:*

Etus: sine qua nec incisiones salubriter fieri poterunt nec facta curari.

S. VII. Adjungenda restat lex ultima, quæ sequentis est tenoris: In terra qualibet regni nostri nostræ jurisdictionis subiecta, duos viros circumspectos & fide dignos volumus ordinari, & corporali per eos præstito sacramento teneri, quorum nomina ad Curiam nostram mittentur, sub quorum testificatione, electuaria & Sirupi, ac aliæ Medicinæ legaliter fiant & sic factæ vendantur: Salerni maxime per Magistros in Physica hoc volumus approbari: Præfenti etiam legi statumus, ut nullus in Medicina vel Chirurgia, nisi apud Salernum vel Neapolim legat in regno, nec Magistri nomen assumat, nisi diligenter examinatus in præsentia nostrorum officialium & Magistrorum artis ejusdem. Conscientes etiam medicinas sacramento corporaliter præstito volumus obligari, ut ipsas fideliter juxta artes & hominum qualitates, in præsentia juratorum conficiant; quod si contra fecerint, publicatione bonorum suorum mobilium sententialiter condemnentur. Ordinati vero, quorum fidei prædicta sunt commissa, si fraudem in credito ipsis officio commisisse probentur, ultimo supplicio ferendos esse censemus. Hactenus verba ipsorum textuum ex Lindenbrogio, quibus jam quidem nihil addimus, quam quod cum *Conring. de antiqu. Acad. Dissert. 2. p. 56.* optemus: Vtinam vero tam recte observarentur illæ Leges, quam recte constitutæ sunt! Passim enim nullo Doctore exculsi, illotis, ut sic dicam, manibus, illotis pedibus, Medicorum professione se induunt, carnificinam ampla mercede exercituri. Floruit interim Schola isthæ Salernitana, ut ad eam quoque revertamur, maxime seculo XII. & ut, *Conr. l. c. Diss. 3. p. 100.* loqui amat, celeberrimæ fuit famæ, imo in occidentali hoc orbe unicæ, sub finem cujus seculi etiam communi Scholæ istius Magistrorum consilio, libellus poeticus de conservanda sanitate, jam supra nominatus, conscriptus est. Plura desideranti suppeditabit. *Aut. cit. loc. all.*

S. VIII. Hodierni Medici ad quatuor Classes referri solent. Alii plane sunt *Paracelsici* sive *Chemicis* vulgo dicti: alii *Galenici* solum: alii inter hos *medii*, Galeni scilicet & Paracelsi pariter dogmatibus instructi: alii denique *Hip-*

pocratici, licet pauci. Ex Chymicis præ aliis inclaruit Johannes Baptista *Helmontius*, qui philosophantium sui avi errores acriter perstringendos, atque impugnando, excitavit torpentina ad philosophiam naturalem ingenia, & post Verulamium ad experimenta a nugacissimis quandoque ratiocinationibus revocavit, v. *Conr. intr. in Un. art. Med. C. 2. th. 23. 24. & addit. h. l.* Nos ipsius assertiones & scripta nostra non facimus, neque instituto præfenti convenit veritatem earundem investigare; de hoc tamen certo persuasi sumus, illum ob hoc solum, quod ex parte Paracelsum sectetur, ex parte vero nova multa & hactenus nunquam audita (a præjudicio autoritatis deviantia) commeatus sit, ut ibidem eum taxat Conringius, immerito vapulare, cum non novitatis objectione, sed falsitatis thesium demonstratione refutandus erat, qui errasse venditabatur. Interim ipse Conringius nonnulla illum habere haud contemnenda falsus est, licet pleraque odio potissimum erga Paracelsum præoccupatus, non sani esse hominis subjungat. Maxime omnium adversarios Helmontii irritasse videtur doctrina, quam de *Archeo*, generationis opus dirigente, deinde perpetuo in corpore præfidente & actiones vel bene vel male administrari faciente, proposuerat; cum enim ab omnibus juxta Aristotelis decifum receptum esset, e. gr. causam efficientem ut in artificialibus, sic & in naturalibus esse causam externam, quid poterat hac assertionem videri absurdius? Nos iterum nihil quidem hic definimus, interim tamen accusationem illam in *addit. ad Conring. Introd. C. 2. th. 23. Quid est, magnum, ignorantie asylum constituere, si hoc non est?* tanti non esse arbitramur, ut ea propter Helmontium e Scholis eliminatum velimus, quasi enim possibile esset omnes rerum causas ut ridicule satis nonnunquam & cum terminis nihil significantibus ac sibi contradicentibus fieri assoler, investigare posse, & quasi non potius hominis sapientis indicium sit, qui abyssum naturæ se exhaurire nequaquam posse ingenue fateatur. Illud non omittendum, tum, cum Conringius ista scriberet, nondum Cartesianam Sectam in Medicina tanta augmenta fuisse ut hodie: Adeoque si hanc prioribus addas, Chymica

mica Secta dividenda erit in Paracelsicam & Cartesianam vel quasi. Dico vel quasi : Quia quidam in hac Secta sunt, qui Cartesium nunquam legerunt, ejusque principia miserum in modum detorquent, sufficere sibi ad gloriam Cartesiani nominis putantes, si modo de hamositatibus & ramositatibus utcumque loquantur, atque Paracelsum & Helmontium aliosque impudenter calumnientur.

§. IX. Ex illis, qui Paracelsum cum Galeno conciliare & mediam quasi Sectam condere allaborarunt, Daniel Sennertus potissimum innocuit, Vir celeberrimus, qui teste Conringio *l. all. th. 21.* magnam existimationem, quam diligenti naturalis Philosophiæ ac Medicinæ cultura merito sibi peperit immortalem, apud eruditos invenis, & ad scopum suum aliis quoque communicandum, peculiarem *de consensu & dissensu Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis*, librum edidit. Quem licet Joh. Freitagius amplo volumine aggressus sit, quam discors sit, nec sibi satis constans in plerisque, ostensurus; non tamen impedivit operosa isthæc refutatio, quo minus Germaniæ Doctorum pars maxima hanc Dogmatico-Hermeticam ipsis appellatam Sectam amplectetur, *v. addit. ad d. th. 21.* Praxis ejusdem etiam ab exteris tanti facta est, ut bis in Gallia eam typis mandarint. Laudat ejus institutum in plerisque etiam Conringio *l. c. Cap. 7. th. 14.* & æque absolutum opus practicum, quam Sennerti est, vix reperiri affirmat, interim tamen & tanti eum non esse faciendum, ac si solus ille palmam omnibus præripuerit, subjungit. Quicquid sit, in eo nobis cum Conringio facile convenit dicente, quod frustra, imo injuriam Sennerto faciant illi, qui tanta superstitione ejus opus colunt, ut nefas etiam existiment, ab ejus verbis discessum facere. Conf. in hanc rem *Ammanni Irenicum in præfat. p. 20.* ubi Sennertus inducitur, multa convicia in illos, qui classicum Aureorem in Medicina eum haberi vellent, evomens. Et videtur omnino, post tempora, quibus ista scripsit Conringius, Sennertiana Secta si non interivisse, saltem interitui proxima esse.

§. X. Cæterum, ut ad Sectas Medicorum in §. 2. & 3. me-

moratas revertamur & hactenus dicta ad scopum nostrum proprius applicemus, quemadmodum Medicina Methodica, omnem experientiam, causarum, facultatum, locique affecti cognitionem finibus suis plane expellens, jam dudum est explosa, v. *Conring. Introd. Vid. Un. art. Med. c. 2. §. 8.* ita e contrario Empiricos & rationales seu Dogmaticos ipsos præparasse Medicamenta nullum adest dubium. Testator *Conring. loc. cit. cap. 1. §. 12.* apud veteres Medicos non solum ea, ut diximus, composuisse, sed & Chirurgiam exercuisse, vulnera curasse, emplastra adhibuisse, verbo, singula artis opera peregrisse, licet ob hoc medicorum munus ignobilius olim fuisse referant Auctores, quod certe apud Romanos ita observatum, quippe apud quos Medicina diu, ut ingenuo homine indigna, neglecta & ad servos libertinosque ablegata fuit, *conf. Speidelii Spec. Notabil. voc. Argentei* quod tamen aliis Gentibus successu item temporis sine dubio aliter in moribus fuit, præsertim ubi Chirurgia cum Pharmaceutica non fuit combinata. Constat enim, optimos & clarissimos Medicos, ne a Pharmacopœis deciperentur & irriderentur, sed potius eosdem docere possent, artem Pharmaceuticam probe tenuisse, cui ipse etiam Galenus tantam industriam navavit, ut apud *Petr. Castellum in opr. Medic. Sect. II. p. 55.* Cæsaris Antonini Pharmacopœus audiat, quemadmodum & Aristoteli hanc peritiam tribuit *Ælianus Var. hist. lib. 5. c. 9.* (Quamvis malim ob infra dicenda per Pharmacopolam ibi intelligere Aromatoriam. Plane tamen de hujus asserti veritate dubitat *Schefferus ad. d. 1. Æliana.*) Neque vero privatorum cancellis tantum fuit inclusa ars Pharmaceutica, sed nec ab ea antiqui Reges abhorruerunt, quales Mithridates Rex, Demetriusque Macedoniae Rex, quorum composita extantia illos æternitati commendant. Plura huc facientia habet *Petrus Castellus loc. cit. p. 55. & 56.* quo brevitatis gratia nos referimus.

§ XI. Inde etiam factum, quod variæ a Rationalibus constitutæ sint medicinae partes, in quibus Pharmaceutica quoque pro parte ejusdem fuit agnita. *Cornelius Celsus, de quo*

quo *Conring. Introd. in univ. art. Med. c. 2. §. 5. in f.* referente *Schardio in Lexic. jurid. voc. Medicina* tres constituit, unam, quæ victu, alteram, quæ Medicamentis, tertiam, quæ manu medetur, quarum prima a Græcis Diætetica, secunda Pharmaceutica, tertia Chirurgica nominatur. *Conringius* vero *introd. in univ. art. Med. c. 1. §. 15.* totam Medicinam stricte & in rigore ad duas partes, Prophylacticen & Therapevticam, revocat, & licet *Dn. Annotator in addit. ad d. §. 15.* contra hanc divisionem opponat, Therapevticen Physicam & Medicam, imo omnium Medicamentorum compositorum conficiendorum rationem ad præcognita Medicinæ pertinere, imo esse instrumentum ejusdem, non partem proprie sic dictam; interim tamen, cum in ipsa re necessitate scilicet Pharmaceuticæ ad Medicinam, consentiat, nec nos nec alii forsân de nuda rei denominatione litem movebimus. *Conf. Amman. in Med. Critic. Cas. & Discurs. 25. p. 191. & 193.* ubi Pharmacopolas artem pharmaceuticam primitus didicisse a Medicis asserit. *Conf. & Respons. Facult. Med. Lips. ap. Amman. l. c. p. 195.* Pharmaceuticam, quæ in delectu & præparatione medicamentorum consistit, unam ex quatuor Medicinæ famulis appellat *Hoffmann in Lexic. Univ. Tom. 2. hac voce* Partem Medicinæ integram *Klock. de Errar. l. 2. c. 15. n. 11.* Artificium administrum Medicæ scientiæ *Fauß. in Consil. pro Errar. Class. 16. Conf. 1139.* Imo Pharmacopœum Cocum Medici appellat *Galenus, cit. a Boudewyn in Ventilabro Medico-Theol. P. 2. qu. 7. & Ministrum tantum, id quod principalius est, nempe remedium applicationem ignorantem, quam appellationem tamen ut falsam improbat Speidel in Spec. Var. obs. voc. Apotheker.*

§. XII. Quicquid autem sit de moribus antiquorum temporum, nostro certe seculo, licet adhuc cuilibet Medico Pharmaceuticam curare & simplicium æque & compositorum naturam sedulo scrutari, incumbat, tamen, quantum ad ipsam præparationem Medicamentorum pertinet, ars pharmaceutica & Medicina plane sunt a se invicem distinctæ. Mos quidem ille conficiendi domi medicamenta hodiernum per omnem Asiâ obtinet, referente *Conring. de Hermet. Medic. l. 2. cap. 9. p. 239.* quando vero in aliis regionibus diversa munera sint exinde fa-

de facta ad punctum determinari nequit. In Africa tamen primum videntur Medici hanc curam a se in alios rejecisse ante quingentos amplius annos; quo tempore ibi floruerunt nobilissima regna Tunetanum & Maroccanum sub Regibus Lun-
tunice & Almohavidice familie. Avenzoaris sane ævo, qui seculi duodecimi initio, undecimi fine floruit, morem illum in Africa obtinuisse, non videtur dubitandum. Inde cum Doctrinarum artiumque omni genere in Hispaniam primum, mox in Europæ reliqua concessit. *Conring. l. c.*

§. XIII. Cæterum postquam Theophrastus Paracelsus dogmata sua Medica proponere incepit atque non pauci ipsum hæctenus secuti sunt, duæ pharmaceuticæ species ortæ fuerunt. Prisca enim, seu *Falenica*, quæ & *dispensatoria* vocatur, ab illis improbata in ejusque locum *Chymica*, quæ & *Paracelsica* dicitur, substituta fuit, cui licet plurimi Medicorum se opposuerint eamque canere pejus & angue fugiendam proclamaverint, ipse quoque *Conringius in Medic. Hermet. l. 2. c. 8.* acriter contra Paracelsicos disputet; multi tamen e contrario celeberrimi viri eam sedulo excolere cœperunt, quorum nonnullos recenset *Dn. Schelhamm. in addit. Conr. Introd. in univ. art. Med. c. 11. §. 6.* Nos in præsentem quænam alteri sit præferenda non inquiremus, multo minus definiemus. Iterum tamen certum esse putamus, multos nimio Galeni & antiquitatis amore eo delapsos esse, ut nescio quas virulentas reprehensiones in pharmaceuticæ Chymicæ approbatores eructaverint. Ut tamen, quam optime alii de Paracelsicis sentiant, appareat, testimonium *Maximil. Faustini* quod extat in *Consil. pro arario Class. 16. Conf. 140.* apponere lubet. *Revolcata est in usum, inquit, celeberrima & utilissima illa pars Pharmaco-Chymiatrica, qua Vulcani interuentu impurum inutile a rebus medicamentosis separat, veluti surfur a farina, ut eo citius suas vires in corpore humano exserere valeant. Et si morborum vim & pertinaciam infringat & domitet, quorum virtus penetrantior & efficacior, quam vegetabilium & animalium.*

Et

Et quamvis cohors Medicorum Galenicorum, quibus satius est glandibus, quam frugibus, sulfure, quam farina, fecibus, quam rebus defæcatis, vesci, partim ex ignorantia, partim invidia, hanc artem non satis laudandam e Republ. profligere, criminationibus & nescio quibus prætensionibus causa fuit, quasi venenoso & letibifera præparet, & crambem suam bis coctam & potiones fetentes atque decumanas restituere satagat; attamen experientia cum ratione in multis bene ordinatis civitatibus tandem demonstravit, evicit & obtinuit, ut Spagirica Medicamenta quam felicissime, modo rite & recte præparata fuerint, & in justa dosi exhibita, etiam in desperatis affectibus, hydrope, mania, epilepsia, &c. usurpentur, nec vulgari eundem effectum sortiri posse, &c. Conf. tamen quæ contra hodiernum abulum medicamentorum Chymicorum erudite disserit Generos. autor Medicinæ corporis passim.

§. XIV. Vidimus in §. 12. quomodo nostris moribus Pharmacopola in eo sit a Medico distincta persona, quod Medicamenta secundum præscripta Medici, nach denen vorgeschriebenen Recepten, in officina sua componat & ægrotis subinde suppeditet. Cum autem non solum præparent medicinam nostri Pharmacopœi, sed & species medicamentorum confectioni inservientes quærentibus divendere soleant, at vero olim Aromatarii, qui etiam Pigmentarii, Medicamentarii & Sepalsarii dicebantur, idem fecerint & proinde cum Pharmacopœis nostris convenire videantur, brevibus in genuinam inter eosdem differentiam inquirendum nobis erit. Reperitis vero iis, quæ supra §. 10. tradidimus, scilicet, ipsos Medicos simul artem pharmaceuticam exercuisse, res statim patet, quod illo quidem tempore Pigmentarii &c. nudi tantum rerum ad componenda medicamenta pertinentium fuerint venditores, quas Medici ab ipsis comparaverint, postea ad medendum ægrotis præparata adhibuerint.

§. XV. Quod in specie *Pigmentarios* concernit, de his notandum, quod pro ratione diversitatis temporum duplicis generis fuerint. Apud veteres quippe Græcos Pigmen-

tum *πῆμεντον* omnia denotabat, quæ in domo esse debent, ut condimentis nihil desit, unde Pigmentarius erat, apud quem quæcunque condimenta profstant. Ubi vero sequenti ævo pro herbis & speciebus quibuscunque medicinalibus Pigmentum usurpari cœpit, Pigmentarius eundem denotavit, quem hodie Aromatopolam dicimus, imo, postquam Medici ipsi medicamenta præparare cessarunt, cum Pharmacopolis nostris ista vox fere coincidit. Conf. *Job. Jac. Hoffmanni Lexic. univ. Voc. Pigmentum*. Et hic ultimus significatus etiam *l. 3. §. 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* convenire videtur, ubi Marcianus: *Alio Scto, inquit, effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, Salamandram, aconitum, pituocampas, aut hubrostim, mandragoram, & id quod lustramenti causa dederint, cantharidas pæna teneantur hujus legis.* Nudi enim non amplius condimentorum fuerunt venditores, sed & aliarum rerum ad medicinam spectantium. *Ammannus tamen in Irenico ad d. l. 3. §. 3. p. 186.* eosdem cum medicastis, Studiosis imperitis, Tonforibus, Balneatoribus, Agyrtis & den Deutschen Academischen Laboranten comparat, licet & Pharmacopœos adjiciat.

§. XVI. *Seplasiarii* nomen suum speciale a *Seplasia*, vel *Seplasio*, foro Capuæ, in quo plurimi Ungventarii, pro quibus interdum etiam sumuntur, negotiabantur, acceperunt. Vocabantur autem illi, qui pigmenta, thura, odores, pharmaca & id genus vanas minutasque merces, quæcunque Pictoribus, Tinctoribus & Ungventariis conducere, vendebant. Omnis imprimis materia Medica apud illos profstabat: unde eam medici emebant, quod obrinere passim cœpit extremis Græciæ temporibus, cum prius ipsi medicamenta manu facere tenerentur. Conveniunt ergo cum illis *medicamentarii*, ita dicti, quod medicamenta componebant, a quibus ea emebant medici, conf. *Hoffmann Lexic. univ. Tom. 4. Voc. Seplasiarius & medicamentarius*. Quemadmodum vero *Seplasiarius* interdum pro homine effeminato etiam ponitur, *Hoffm. l. c. Tom. 4. Voc. Seplasia*, ita & *Medicament-*

mentarius in *l. 1. Cod. Theod. de Repud.* in malam partem pro eo accipitur, qui malo medicamento aliquem potionavit, ut loquitur *Alciat. l. 2. Parerg. c. 26.* sive pro malefico & venefico, cui repudium ob hanc causam mitti potest, *v. Jac. Gothofr. ad d. l.* qui significatus huc non pertinent.

§. XVII. Remanet ergo, quod, de quibus hactenus egimus, Pigmentarii, Seplarii & Medicamentarii hodiernis aromataris, denen Gewürz- & Kräutern/ Materialisten/ correspondent, isto quidem intuitu, cum primitus nuda tantum materiae Medicinæ venditio, minime autem Medicamentorum præparatio ipsis concessa fuerit. Et hæc aromatum negotiatio magnam cum Mercatura cognationem agnoscit, insuper per longe diffusas regiones se diffundit, & ipsa ratione utilitatis, quæ exinde provenit, non levis est ponderis. Reges Ægypti olim eandem sibi vendicarunt, & aromata atque Medicamenta orientalia ab Arabibus, Persis, Indis aliisque Asiaticis populis coemerunt, quæ postmodum in diversa loca orientalia distribuerunt, atque cum amplo lucro divendiderunt, ita, ut de Ptolomæo Aulete patre Cleopatæ, Strabo testetur, quod ex illa negotiatione quotannis 12. talenta, augmenta proventuum ordinariorum, consecutus fuerit. Ægypto autem a Romanis subacta, hi eandem sui juris fecerunt, annuosque redditus, infinitis modis per illam auxerunt, donec tandem sensim deficere & Mercatores lucro isti terra marique inhiare cœperunt. Plura de mercaturæ hujus origine & progressu differit fufius Speidel. *Specul. Var. observ. Voc. Gewürz.* Quomodo hodie hæc negotiatio a populis Europæis, Lusitanis, Anglis & aliis exerceatur, id vulgo notum esse nec tædiola recensione indigere putamus.

§. XVIII. Quæ de Aromataris, Pigmentariis, aliisque in aliquot §§. lucusque tractavimus, ea admodum concinne & summam exhibet *Job. Bapt. Helmont. in Oper. suis, Tract. de febribus c. 15. §. 9. edit. German.* quare non incongruum fore duximus, si verba ejusdem recapitulationis loco hic apponemus. *Die Apotheker Kunst/ inquit, hat erstlich ihren Anfang*

fang bekommen von den Krähern/ so mit einfachen Kräutern und
 Gewächsen gehandelt/ und von Kräuter-Sammlern. Hernach
 aber/ als die Aerzte gesehen/ daß es nicht einem jeden gelegen wä-
 re/ die Kräuter zu kochen/ einzumachen und zuzurichten/ so hat man
 diß Wesen zugleich den Materialisten mit anvertrauet; Dabey ab-
 ber die Aerzte die auserlesensten und geheimen Stücke für sich be-
 halten/ damit sie ihren Nachkommen etwas zur Ehre ließen. End-
 lich aber/ als die Faulheit der Aerzte immer mehr und mehr zu-
 nahm/ thut man nun nichts anders mehr/ als daß man aus einer
 Gasse und aus einem Hause ins ander laufft/ und aus den vielen
 Besichtigungen und Gängen seinen Gewinn suchet. Hernach sind
 die Apotheker-Bücher (dispensatoria) aufkommen/ da man
 nehmlich hin und wieder die besten Recepte zusammen geklaubt;
 nachdem es etwa ihr Unverstand zugelassen; Damit man nehm-
 lich solche Arzeneien in den Apotheken schon fertig hätte und zu
 Kauffen gebe/ mehr/ damit es desto eher zuginge/ als daß sich
 die Sache allemahl recht eigen so schickte. Darüber mengen denn
 nun die Aerzte ein Gemische in das ander/ und geben manchmahl
 den Krancken ein Gefäuffe/ darin wohl tausenderley Sachen ste-
 cken/ damit wenn ja das eine nicht hilfft/ zum wenigsten das an-
 dere helfen möge: oder sie sich aufs wenigste entschuldigen kön-
 nen/ sie haben die Cur mit diesem oder jenem Krancken angestel-
 let/ wie es eine Weise und der Gebrauch ist: (Pertinet huc c.
 7. X. de etat. & qual. & ord. presaciend. dicens: Medicum
 qui juxta artis præcepta Medicamentum dedit ægrotto, li-
 cer hoc male successerit, non tamen eapropter prohiberi
 Clericum ordinari, ad quod cap. Barbof. n. 5. notat, Medi-
 cos beatiore esse Advocatis, quia eorum errores terra coo-
 perit:.) Das ist die heutige Apotheker-Kunst: Wie weit nun von
 derselben unterschieden sey die Chymische Philosophie/ wissen zwar
 diejenigen/ so dieselbe nur mit einem Finger angerühret; Die Un-
 verständigen aber/ so ihre Feinde sind/ wissen nichts davon zu sa-
 gen. Hæc ille. Quamvis hic notandum sit, & Helmonti-
 um reliquosque similis Philosophiæ alleclas, & eorum adver-
 sa-



farios raro verba in factum temperare, sed plerumque affectui indulgere atque acutioribus uti verbis. Quod semel hic monuisse sufficiat. Neque enim, quoties ejusmodi Autores in discursu nostro allegamus, in partes imus, sed verba eorum prout invenimus, bona fide & extra affectum recensemus.

§. XIX. Prorsus tamen ab iis, quos enarravimus, distincti fuerunt *Ungventarii*, quippe quorum totum officium ad solam Ungventorum confectionem & venditionem restrictum fuit. Quantum ad ipsa Ungventa, ea quidem commode sic distingvi possunt, ut alia vivis, alia vero defunctis adhibita fuisse dicamus, (de qua utraque specie collectanea satis copiosa apud *Hofmanni Lex. Univ. Tom. 3. Voc. Ungvendi ritus* (& circa priora iterum ea, quæ valetudinis causa, ab illis, quæ voluptatis ergo adhibebantur, feceramus, de qua distinctione l. 25. §. 10. & 12. præcipue vero l. 21. §. 1. ff. de auro, argento, mundo, &c. consuli potest, & quorum singulorum confectione occupatos fuisse Ungventarios forte prima fronte dici possit. Verum uti v. g. non omnes, qui carnes faciunt, statim dicuntur carnifices, ita re exactius pensitata maxime vero simile videtur, Ungventarios posthabitis iis, quæ ad valetudinem conducunt, voluptati inservientibus in gratiam fortassis sceminarum libidinofarum, plurimam operam navasse. Tradunt enim Autores, viles habitos fuisse Ungventarios, eo quod Ungventum sit materia luxus maxime supervacui: atque espropter Licinium Crasum & Julium Cæsarem Censores edixisse, ne quis venderet ungenta exotica: nec non Augusto a M. Antonio exprobratum fuisse, quod proavum habuerit, qui modo ungentariam tabernam, modo pistrinum exercuisset: denique Ungventarios a Lacedæmonis expulsos & propere finibus cedere justos esse, qui oleum disperderunt, v. *Schard. d. in Lex. jurid. voc. Ungventarius*. Et quamvis nobis obstare videatur, quod *Hoffmannus in Lexico voce Cosmus* Cosmum appellat Ungventarium nobilem: facile tamen patebit cuilibet, nobilitatem ibi non pro dignitate, sed pro fama sumi. Erat enim

Cosmus Unguentarius famosus, unde sæpe simpliciter pro un-
 gventario accipiendum, quando Poetæ Cosmi, aut Cusmiani
 ungenti mentionem faciunt. *Vide Martial. lib. I. Epigr. 88.*
lib. 3. Epigr. 55. & 82. lib. 7. Epigr. 41. lib. 11. Epigr. 8. 15. & 50.
lib. 12. Epigr. 55. & 65. & ibi notas variorum. Juvenal. Sat. 8. vers. 86.
 Ubi inepte vetus interpres, quod Cosmus tam luxuriosus fue-
 rit, ut in ahenum, multis diversorum ungentorum odori-
 bus refertum descenderit illique totum se immerferit, etfi has
 ineptias retinuerit Lubinus in notis variorum ad d. l. *Juve-*
nalis. Ex dictis autem simul confirmantur, quæ *Schard. loc.*
cit. voc. Unguentum, tradit, Unguenta proprie non fuisse
 Medicamenta, sed commistionem diversorum odorum, ad-
 dito oleo, aut balsamo, aut aliquo pingvi, ad ungvenda cor-
 pora, deliciarum & luxuriæ causa, inventa, adeoque ea, quæ
 valetudinis causa confecta, rectius Medicamenta, quam Un-
 gventa appellari.

§. XX. Nec confundendi secundum mores antiquos
 Græcorum & Romanorum cum Pigmentariis, Sepalsariis &
 hodiernis Pharmacopolis, antiquorum *Apothecarii.* Quem-
 admodum enim illis Apotheca non erat officina quædam ar-
 maris, ut hodie, aut minimam pyxidibus deficientium ma-
 teriarum medicarum locum supplentibus, repleta, sed vel pro
 cella vinaria, ut in l. 21. §. 6. ff. de furt. vel pro Repositorio li-
 brorum, ut in l. 22. §. 34. ff. de instruct. vel instrum. ligat. imo
 pro omni horreo non solum frumenti, sed etiam rerum qua-
 rumcunque accipiebatur, unde & Columella vini horrea pro
 Apothecis dixit. *Hoffmann in Contin. Lex. univ. voc. Apoth.* ita
 & Apothecarii nihil aliud, quam inuitores ejuscemodi horreis
 propositi fuerunt, in hunc finem, ut pro re nata res in iis reposi-
 tiones redderent, Dominoque postmodum expeditionis suæ ra-
 tionibus, tanquam abjectæ fortis homines, exclusi fuerint, ita et-
 iam Imperatores Theodosius & Valentinianus in l. 2. §. 3. C. de
Cobortal. Principib. Cornic. ac primib. lib. 12. Cunctos etiam, inqui-
unt, qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, tra-
pezi

pezitas scilicet, vel gemmarum, argenticque vestiumve Venditores, APOTHECARIOS etiam, ceterosque institores aliarum mercium, quibuscumque ergasteriis adherentes, jubemus a provincialibus officiis removeri, ut omnis honor atque militia a contagione hujusmodi segregatur. Quis autem tam insanus esse, & licet clara litera adsit, nullaue constitutio huic legi derogans inveniatur, hæc ad hodiernos Pharmacopœos, qui vulgo Apothecarii nominari solent, applicare vellet?

§. XXI. Obiter hic quoque notandum, quod, licet Lutherus in versione Sacri Codicis sæpe utatur voce der Apotheker vel der Apotheker = Kunst / illa tamen nunquam (si modo unicum locum Syracidis c. 30. v. 7. qui de Medicamentariis intelligendus videtur, ubi: damit heisset er (der Arzt) und vertreibet die Schmercken / und der Apotheker macht Arznei draus / excipias) de Pharmacopolis proprie sic dictis locutus est. Singulos textus apponemus: Exod. 30. v. 25. Und mache ein heiliges Salbe = Del / nach der Apotheker = Kunst. v. 35. Und mache Räuchwerck draus / nach der Apotheker = Kunst gemenget / daß es rein und heilig sey. c. 37. v. 29. Und machte die heilige Salbe und Räuchwerck von reiner Specerey / nach Apotheker = Kunst. 1. Sam. 8. v. 13. Eure Töchter aber wird er nehmen / daß sie Apothekerin / Köchin und Beckerin seyn. 1. Reg. 10. v. 15. Ohn was von Krämern und Kauffleuten und Apothekern und von allen Königen Arabia / und von den Gewaltigen in Ländern kam. Cant. 3. v. 6. Wer ist die / die herauf gehet aus der Wüsten / wie ein gerader Rauch / wie ein Geruch von Myrrhen / Beyrauch und allerley Pulver eines Apothekers c. 5. v. 13. Seine Backen sind wie die wachsende Birck = Gärtlein der Apotheker. Sir. 49. v. 1. Der Nahme Josias ist wie ein edel Rauchwerck aus der Apotheken. Si jam supponamus, Medicamentum proprie dici illud, quod valetudinis causa componitur; deinde mores Judæorum variis ungentorum generibus assuetorum respiciamus & postremo contextum ipsum consideremus, res facile clara erit, quod in allegatis dictis aut de Unguentariis, aut, e.g. 1. Reg. 10. 15. de aromatum negotiatoribus

ribus sermo sit. Publica quippe Pharmacopolia, sicut nec Oenopolia aut Popinas, quæ hodiernum in Christianorum Civitatibus tam nefandos & detestabiles fructus abunde satis proferunt, Deum T. O. M. ad *rd* bene & optime constitutæ suæ Reip. necessaria duxisse, eaque unquam constituta esse, nullibi legimus. Absit vero, ut quis putare velit, ac si ob ejusmodi verbulum B. Luthero dicam scribere velimus, cum hæc saltem eum in finem adduxerimus, quo eo liquidius illa, quæ de separato Ungventariorum munere §. 19. tradidimus, etiam ex Judæorum moribus derivare possemus, & ne quis voce hac seductus Pharmacopœorum nostrorum statum ex sacris literis deducat. *Conf.* §. 28. Facile etiam Lutherum nostrum excusari posse censemus, vel ideo, quia hodie Pharmacopœi etiam Ungventa præparent, vel ex hoc quoque capite, quod in nostra vernacula talismodi vox recepta non inveniatur, quæ Ungventarii vocabulum in nativa & genuina sua significatione exprimat. Nam ex dictis patet, ingentem fuisse differentiam inter ungentarios antiquorum & nostros præparatores ungentorum, *Balsam-Träger. Conf. infra §. 26.*

§. XXII. His tamen non obstantibus, cum verba valeant, officina (uti eam appellari malunt) in qua præparant & venduntia exposita habent Medicamenta, idiomate Germanico vocantur die *Apotheker*; quemadmodum nec incommode in Lingua Latina Apothecæ significatu plane mutato, *Apothecarii* dici poterunt. Unde nec veniam precamur a Nizolianis vocum aucupatoribus, quod in Dissertatione nostra Apothecarii voce & similibus subinde utamur, etsi parum Ciceronianis & forte jam ex territorio Jurisprudentiæ, quæ magis de rebus sollicita est, quam de vocibus. Et Paulus J. C. rus jam suo tempore furtum dixit *contredationem fraudulosum*, voce usus deportatione digna, si eam secundum leges Nizolii examinare velis, Fridericus II. Imperator in constitutione superius §. 6. recensita *Confectionariorum* nomen a confectione desumptum illis adscri-

adferibit, propterea, quod Medicamenta secundum formulam a Medico traditam conficere teneantur: mox etiam *Stationarios* appellat a statione sive ipsa Taberna, quicquid etiam differentiat Cujacius *lib. 2. observ. ult.* Stationis nomen autem id denotare videtur, ut vera officina ita instructa esse debeat, ut sit stabilis, id est, non talis, quæ tergo imposita de loco ad locum facile transportari possit, quemadmodum a Destillatoribus aquarum, Circumforaneis pauperioribus & id genus hominibus aliis fieri videmus. In usum enim Civitatis dicunt constituta esse Pharmacopolia, ergo necessum quoque, ut Cives iisdem semper frui possint. Eodem sensu Statio dicitur Schidwach & miles stationarius dicitur, quod scilicet locum sibi assignatum mutare pro lubitu non debeat. Quo referri potest *tit. C. de Curios. & Stationar.* ubi Stationarii eos denotant, qui dum milites præsidarii erant in limitibus imperii, fugitivos & ad hostes transeuntes deferre adstricti erant. *Schard. in Lex. jurid. Voc. Stationarii.* Plurimæ aliæ significationes utriusque Vocis, stationis & Stationarii, occurrunt, quas singulas recensere, cum & nimis prolixum atque tædiosum futurum esset, non est nostri instituti. Consuli interim possunt *Hoffmann. in Lexic. Univ. Tom. 2. Voc. Statio & Stationarii,* nec non *Schard. Lex. jurid. dd. vocibus.*

§. XXIII. Describimus jam Apothecarios nostros, hodiernos, quod sint Cives, quorum functio in eo consistit, ut Medicamenta secundum formulam a Medico præscriptam arte partim Galenica, partim Chymica, in usum publicum rite præparent atque indigentibus vendant. Quæ descriptio quemadmodum ex traditis hucusque fufius sine revocatione ad lapidem lydium quatuor causarum Aristotelicarum satis dilucida & clara est: ita quoque ad intelligenda distincta duo nomina, quibus Apothecarii vulgo insigniri solent, occasionem suppeditat. Quod si enim ad munus componendi & præparandi ipsa *Ὀἀγορᾶ* respicias, *Pharmacopæi*, sin ad ipsam eorundem venditionem, *Pharmacopola* audiunt, postquam scilicet voces illæ e lingua Græca transumptæ & civitate apud Latinos donatæ fuerunt.

D

§. XXIV.

§. XXIV. *Cives esse diximus Apothecarios triplici potissimum habito respectu. Partim, quia nemo, uti notum est, ad constituendum Pharmacopolium & exercendas Apothecarii partes admittitur, nisi simul quoque jus Civitatis, quod in Vernacula dicitur das Bürgerrecht/acquisiverit, idque eum in finem, ut qui ex Pharmacopolio lucra & commoda captat, is quoque incommoda sentiat, & sic æqualitas inter cives fervetur, atque, qui ex morbis civium penuriæ suæ mederi quærit, Systemati Civitatis, si forte defectu aliquo laborare cœperit, iterum succurrere necesse habeat: Partim, quia Nobiles hodie neque per se, neque per institores, Germaniæ certe nostræ moribus, mercaturam exercent aut arti pharmaceuticæ excolendæ incumbunt, sed hoc illis, qui urbes incolunt, reliquerunt: Partim, denique, quia ad pagorum integritatem pharmacopolia non requiri in confesso est. Rustici enim, si forte debilitas aliqua corporis labores eorum ordinarios interrumpere cœperit, rarissime de Medico, & quod ejus confectivum est, Pharmacopola anxie solliciti esse solent, sed naturæ viribus confidunt ejusque *divoxparlav* expectant. Quod si tandem naturæ subveniendum putent, omnem pretiositatem nihilominus fugiunt, adeo, ut si solum jusculum ex cerevisia & pane confectum, (quod interdum büryri, piperis & Zingiberis aut Cumini, quæ & ipsa tamen rarius ad manus esse solent, aliquid admixtum habet, & quod sudori conciliando adhibere solent) consideres, summariam Pharmacopoli Rustici, omniumque in eo reconditarum Materialium Medicarum notitiam oculis subjectam habeas. Nec vero adest causa, quare hanc Rusticorum simplicitatem rideamus, cum illi potius roborem nobis excutiant, quod, licet non magis homines, quam ipsi sumus, pretiosioribus Medicaminibus tamen adversari, villa ejusmodi nobis non æque salutifera esse, sed magnos magna decere putemus.*

§. XXV. Certum proinde est, præcos Germanos primis temporibus & antequam nomen Christianum, *nomen* inquam, innotesceret, de Apothecariis non fuisse sollicitos. Distri-

Distributus enim erat olim populus Germanorum solum in vicis in Dörffern. Nullæ erant urbes. *Vita* non urbana & elegans, sed simplex & rustica: *Ædificia* vix hoc nomine digna, curta *supellex*, *cibus* & *potus* agræstis, communis (ingenuorum scilicet, libertinorum & servorum) *cura* agrorum & pecudum, simul tamen *vita laboriosa, frugalis, casta*, & quantum in paganos homines, i.e. veri Dei cultu privatos cadere potest, *honestæ*. Omnis ergo *luxus* prorsus aberat, & exulante *luxu* rarioribus morbi grassabantur. Orto autem Christianismo, (nisi forsitan melius *Anti-Christianismo*, quippe qui illis temporibus secundum communem Nostratium confessionem ad summum fastigium evehus fuit,) indecorum videbatur Episcopis ad convertendos populos barbaros a Papa Romano emissis, in vicis degere inter homines morum simplicium & rusticorum. Erant enim sive in Græcia, sive in Italia *decoris* magis & *elegantioribus* (quibus vocibus, quando simplicitati opponuntur *luxuriæ* & *ambitionis* odiosa & vocabula temperantur,) moribus adversi. Ergo urbes condendas esse sivebant. Cum autem in ædibus sacris Christianorum ita nuncupatorum jam a Constantini M. tempore *luxuria* maxima regnaret, in tantum, ut Principes pessimi & flagitiosissimi Magnorum, Piorum & similia cognomina a Clero acciperent, si modo auro, argento atque gemmis ornarent istas ædes sacras; igitur non poterat non cum ædibus Pseudo-Christianis *luxuria* in Germaniæ urbes a Clero introduci v. *Disp. Dni. Præsulis de Jure dante Civit. S. 6. 7. 11. § 29.* Jam quia vel ipso pronunciante Syracide c. 37. v. 33. 34. Viel Fressen machet krank/ und ein unsättiger Vielfress kriegt das Krimmen. Viel haben sich zu Tode gefressen/ wer aber mäßig ist/ der lebet desto länger/ it. c. 38. v. 15. Wer für seinem Schöpffer sündigt/ der muß dem Arzt in die Hände kommen / *luxus est scaturigo plurimorum morborum*, inde illud necessario fuit apud Germanos consequens, ut *Medicinæ* ac *pharmaceuticæ* artes excolerentur, & ne Civitati aliquid necessarium, ob *luxum* introductum, deesset, *Pharmacopolia* publice constituerentur: pauciora tamen ab initio. Nam sicut

successu temporis luxus magis magisque crevit, præprimis postquam introductis ex Italia in Germaniam Academiis vita simul Bursalis i. e. bestialis ubique radices ageret, ita etiam de pluribus Medicamentis circumspicere necessitas exegit. Et illa forte causa est, quare in jure Germanico antiquiori in *Sachsen- und Schwaben-Spiegel* nihil de Medicis & Pharmacopœis von *Herzten und Apothekern* / tunc temporis adhuc rarioribus, dispositum reperitur.

§. XXVI. Differunt autem Pharmacopœi a Medicis, quod non invitant ægros illisque consilia suppeditent, multo minus formulas (Recepta vulgo) præscribant, sed potius juxta eandem a Medico tradita Medicamenta componant, & sic personæ administræ Medicorum dici possint: ab *Aromataris* den Materialisten oder *Gewürz-Handlern* / quod hi non componant Medicamenta, sed simplices aromatum species dividendant, atque sic iterum gradu inferiores sint Pharmacopœis, sicut illi Medicis: denen *Quacksalbern / Marckschreyern / Störern / Pheriacks / Krämern* / quod hi Pharmacopœorum & Medicorum vices simul gerere affectent, licet plerumque homines decipere soliti sint, utpote de quibus intelligenda *Constit. Crim. Carol. art. 134.* ibi: Und in diesem Fall soll allermeist Achtung gehabt werden auf leichtfertige Leute / die sich Arzney unterstehen und mit keinem Grunde gelernet haben / quæ Constitutio ut a Magistratibus observaretur, oprandum esset, tunc enim ejusmodi hominibus pro turpi lucello licentiam proximum suum decipiendi non ita promiscue concederent: A *Laborantibus* sive conficientibus Medicamenta, denen *Laboranten* / sicut & *Destillatoribus* in districtu Schwartzburgico degentibus, denen *Balsam-Trägern* / quod hi sine præscripto Medici Medicamenta & Unguenta sua conficiant eademque quærentibus dividendant, & quamvis eos, quantum ad decipiendi animum, Circumforaneis accensere nolimus, forsan tamen & hic expediret, si ejusmodi medicamenta a peritis in arte prius approbarentur, ut omnibus fraudibus eo melius via præcluderetur.

§. XXVII. Dividi possunt in Pharmacopolas *majorum* & *mi-*

& *minorum* Civitatum. Illi proprie & stricte loquendo tantum sunt Pharmacopolæ: Hi vix aut parum ab Aromatopolis Denen Materialisten differunt. Cum enim Cives in minoribus Civitatibus non sint adeo frequentes, & sic, *juxta proverbium*, nec tot morbida pecora inveniuntur, quæ totum ovile corrumpere possint, atque ea propter non in tanto luxu vivant, sed quoad vitæ genus Rusticis quam proxime accedant; hinc nec tot Medicis, nec Medicorum ministris indigent. Unde prorsus non est mirandum, quod in ejusmodi Apothecis vix sacchari libra sæpius inveniatur, & ex Medicamentis vulgaria saltem & communissima. Quantum enim ad condimenta, didicerunt Cives sale contenti esse, piper & Zingiber rarius, ultra hæc alia rarissime adhibent, cum de palato delicatarum hominum non sint solliciti. Communiter quoque Oenopolium cum Pharmacopolio combinatum esse solet, h. e. vinum ibidem non nisi in Apothecis venditur; quod licet rideant urbium majorum Cives, die Gressstädter; habent tamen illi, quod sibi de felicitate aliqua præ hîc merito gratulentur, cum remotius certè bestialitate absint. Deus enim in alium finem non creavit vinum, quam ut Medicinæ instar usurparetur, quod in Civitatibus majoribus quotidiani luxus & variorum exinde propullulantium vitiorum, ebrietatis homicidii, scortationis, ne quid amplius dicam, depravatum est instrumentum. Quid? quod in Apothecis majoribus plus veneni sæpe publica autoritate venditur, quam Medicamentorum sanitatem, promoventium, puta saccharum ad luxuriam præparatum, vini adusti infinita genera, intellectum & voluntatem hominum, si in tanta copia adhibeantur, ut vulgo sit corrumpentia, species augentes lasciviam, &c. Nec inauditum certe est, chartas ad accendendum Tabacum adaptatas, *Fidibus*, ibidem aliquando venditas esse, quæ an ad Medicamenta, an ad condimenta ciborum referenda sint, ego quidem non perspicio.

§. XXXVIII. Quæ omnia tamen non in eum sensum detorqueri volumus, quasi in contemptum Pharmacopolarum adducta fuerint; sed ob hanc tantummodo causam ea meminisse oportuit,

tuit, ut Statum illorum, hodiernum præsertim, ita consideremus, prout ex rei veritate se nobis sistit. Inepa certe & perversa methodus est, licet a multis plurium Facultatum eruditissimè recepta, persuadendi varios variorum Statuum homines, quod Status, in quo vivunt, Deo placeat, aut ad eum divinitus vocati sint, aut quod eo deficiente Respublica incolumis & felix esse non possit, argumento exinde deprompto, quod videlicet factæ literæ aliquando eorum mentionem injiciant, cum utique firma non procedat consequentia, quod, quicquid in sacro Codice refertur nec diserte improbat, id eo ipso simul tacite approbetur, aut re exactius pensitata, nonnullorum sæpius hunc in modum fiat mentio, qualis *juxta Proverbum*, Pilati in Symbolo Apostolico. Quis enim e. g. Fidicinum & Tubicinum vitæ genus a Deo ordinatum illique acceptum esse evincere velit, ex eo, quod *Gen. 4. v. 21.* scriptum reperiatur, und sein Bruder hieß Zübal/ von dem sind herkommen die Geiger und Pfeiffer: Aut quis Castratores hominum asperitate Legum positivarum exemptos esse diceret, propterea, quod *Matth. 19. v. 12.* clara verba extant: und sind etliche verschnitten/ die von Menschen verschnitten sind/ nec tamen hujus facti improbatio adjiciatur? Alia tacemus. Cum ergo nullum dubium super sit, quin adulatorum ejusmodi secundum Methodum allegatam, simulque refutatam, ad exornandam Panegyri suam in laudem forte Pharmacopœorum conscriptam, adducturi sint loca Scripturæ supra §. 21. recensita, (quamvis illa de Pharmacopœis hodiernis non posse accipi ibidem jam monuerimus.) brevibus adhuc nobis videndum erit, an & qua ratione Pharmacopœorum status a Deo ordinatus esse dici queat.

§. XXIX. Homo, prout jam in mundo vivit, dupliciter considerari potest, vel secundum *statum ordinarium*, & naturam, quam a Deo accepit, vel secundum *statum extraordinarium*, in quo seipsum per inveteratas consuetudines constituit, vel ab aliis hominibus constitutus est. Quemadmodum autem *status ordinarius*, in justa proportionem motus omnium humani corporis partium æquali modo & alternatione consistens,



stus, bonus: *extraordinarius* autem, proportione illa profus turbata, malus est: ita quoque pro duplici hoc hominis statu, bona ejusdem & mala in ordinaria & extraordinaria distingvi possunt, quorum illa ordinarium statum promovent; hæc extraordinario ad ordinarium iterum reducendo medentur. Homines itaque, ut ad rem præsentem veniamus, si Leges naturæ a Deo præscriptas observarent, si temperanter, pacifice & caste viverent, in statu ordinario manerent, nec Medico, aut ejus ministro, opus haberent: Jam vero, quoniam non solum per malam & blandam educationem Parentum, sed postea etiam per conversationem cum corruptis atque ipsas perverfas inclinationes, quas quisque secum circumgestat, e statu isto in extraordinarium & malum illum detrudimur, & per intemperantiam, iram, immoderatos concubitus, &c. varia morborum genera nobis ipsis quasi procuramus, quibus iterum tollendis Medicamentorum adhibitione opus est; igitur facile consequitur, quod Medicorum & Pharmacopœorum status quidem etiam a Deo, præsupposita hominum corruptione ex postfacto ordinatus sit, bonus tamen non ordinariis, sed extraordinariis tantum, quæ respectu status ordinarii potius male sunt, annumerandus veniat, quemadmodum etiam intelligendus locus *Syr. 30. v. 1. 2.* Ehre den Arzt mit gebürlicher Verehrung / daß du ihn habest zur Noth. Denn der Herr hat ihn geschaffen / und die Arzney kömmt von dem Höhesten / und Könige ehren ihn. *Conf. Dn. Præsidis Introd. ad Ethic. cap. 1. §. III. 122. seqq.*

§. XXX. Quæ hæctenus prolixius disseruimus, multiplicem habent usum. Potissimum vero (1) ut evitemus errorem multorum, qui sicut in omnibus juris tam publici, quam privati, controversiis jus Romanum, licet sæpissime obtorto quasi collo fiat, in decisionis auxilium advocare allaborant: ita etiam in quæstionibus de jure Pharmacopœorum hodiernorum rem dicti juris Romani Legibus, in quibus Apothecæ vel Apothecariorum forte mentio fit, definire volunt, cum tamen uti apud omnes in confesso est, status hodiernus Germanus

manus cum Romano non magis, quam album cum nigro conveniat, nos quoque jam *supra* §. 20. ostenderimus, Apothecariorum nomen nihil minus quam Pharmacopœum, similiter apothecam nil minus quam res ad Pharmaceuticam pertinentes in Legibus Romanis denotare: (2) ut tamen e contrario, quando de jure Pharmacopœorum acturi sumus, discamus, Leges Romanas, quæ de Medicis & Pigmentariis aliquid disponunt, suo modo argumenta præbere, quæ ad Pharmacopolas nostros applicari possint, cum ex *supra* §. 10. dictis etiam constet, quod antiquitus Medici artem pharmaceuticam ipsi exercuerint, hodie vero, cum Pharmacopœi distinctæ a Medicis sunt Personæ, & quasi portio quædam officii Medicorum ipsis assignata fuit, in eo tamen adhuc conveniunt, quod in Medico pariter ac in Pharmacopœo exacta specierum ad Medicinam pertinentium simplicium & compositorum modi item præparationis accurata requiratur Cognitio, & cura Pharmaceuticæ communis sit cum Medicis & pigmentariis circa caute distribuenda medicamenta. Unde Privilegia, quæ in Legibus Romanis Medicis indulta sunt, nisi aperta diversitatis ratio subsit, non inepte ad Pharmacopœos applicari poterunt, & vice versa, quæ de delictis Medicorum & Pigmentariorum apud Romanos disponuntur, suo modo etiam pertinebunt ad Pharmacopolas. Cavendum tamen simul (3) ut, licet hæc ita sese habeant, non tamen istiusmodi argumentis ex Legibus Romanis de sumptis decisionem quæstionum circa jus Pharmacopœorum occurrentium principaliter & unice, tanquam immobili & infallibili fundamento superstruamus; sed præcipue cum Pharmacopola hodierni isti ævo plane fuerint incogniti, minima insuper Circumstantia totum jus, ad rem alias applicabile, prorsus variet, ut probe ad rationes istarum, in quibus de Medicis aut Pigmentariis aliquid definitum reperitur, attendamus, eam decisionem, si ratio & ad Pharmacopœos quadret, applicemus, si minus, tanquam ad statum præsentem non pertinentem, prætereamus, & sic in universum præjudicia tum *authoritatis*, in cognoscendis erroribus eorum, quæ cæco affectu erga Jus Romanum capti ad elevandum

dum illud, nescio quas Romanis ipsis inauditas etiam controversias ad minimum per argumentum a pari, ut putant, ex illius textibus decidere volunt: tum etiam *præcipitante*, in agnoscenda rationis disparitate circa argumentorum e jure Romano deoperatorum applicationem, probe evitemus.

§. XXXI. Proderunt quoque [4] ea, quæ tradidimus, ad hoc, ne forte quis miretur methodum nostram, qui potissima Juris Pharmacopolarum capita ex Constitutionibus Siculis Rogerii & Friderici, supra §. 5. 6. 7. recensitis, deducturi sumus. Ipsa enim rei evidentia, testis sane omni exceptione major, & illa, quæ postea subjungemus, ad oculum demonstrabunt, pleraque quæ hodiernum circa jura Pharmacopœorum observari videmus, dispositioni illarum Constitutionum convenientia esse. Neque hujus facti causa longius petenda erit. Quod si enim secundum ea, quæ §. 25. adduximus, consideremus, partim Episcopos Papæ Romani Emisarios, dum Germanos ad Pseudo-Christianismum inter maximas Papales tenebras regnantes in spem futurarum ad pias causas donationem convertere admodum solliciti erant, Mores Germanorum ad mores Italorum simul diligentius formasse: partim, etiam & hoc notemus, quod una cum introductione Academicarum Italicarum in Germaniam etiam mores in Academicis Italiæ recepti simul traducti sint; facile exinde concludi poterit, moribus Germanorum semel in deterius mutatis, eos quoque Medicis & Pharmacopoliis amplius carere non potuisse, & tunc, qui semel Italicè vivere inceperant, in hac quoque parte se Italo-Christianorum constitutionibus receptis conformare necesse habuisse.

§. XXXII. Notamus exinde [5] statum Pharmacopolarum in Republica magis ad arbitrarios, quam summe necessarios status referendum esse, atque eapropter quoniam in questionibus de jure & privilegiis ejusmodi statuum occurrentibus plerumque in utramque partem ex rectæ rationis distamine rationes afferri possunt, in tali casu ante omnia eo respiciendum esse, annon quæstio illa Legibus vel Statutis jam fuerit decisa. Quod si decisa, non attendendæ facile erunt querelæ
 E
 adver-

adversa partis, cum in ejusmodi causis arbitrariis nulla decisio tam exacte fieri queat, quin pro altera etiam nonnulla eaque nec verosimilia argumenta adduci possint. Sin vero decisio nondum facta fuerit, (6) cautionem adhibendam esse putamus, ne rationes ad decisionem futuram adhibendæ inconsiderate ab iis, qui vel partium litigantium loco stant, vel ob interesse quoddam affectionem ad causam in favorem aut odium alterutrius partis fovent, expectantur, sed caute potius argumenta, quæ sana ratio, ab iis, quæ affectus aut interesse speratum suppeditavit, secernantur, nec non ratiocinatio moderata discursibus turgidis & Rhetoricis exclamationibus interrogationibusque fucatis præferatur: In dubio vero & nisi aliæ rationes præponderent, magis pro libertate negotiorum & æqualitate Civium in omnibus quoad fieri potest, conservanda, quam pro Monopoliis & Privilegiis pronuncietur, dum quod respectu unius favorabile, id certe intuitu alterius, qui ab hoc favore absque tamen sua culpa excluditur, pro odioso reputantum sit.

§. XXXIII. Has adeo Regulas cum & nos circa præfens institutum nostrum simus observaturi, nemo vitio nobis vertet, si ab affectibus liberi, h. e. neque odio erga Medicinam aut Medicos, neque favore erga artem Pharmaceuticam præoccupati, rationes contra Pharmacopœos subinde a Dominis Medicis etiam famigeratissimis, & quos jure meritoque veneramur, allatas, vel ex illa prudentiæ lege eo accuratius simus examinaturi, quod Domini Medici ex Partibus hac in causa disceptantibus sint pars potentior, majori erudite, favore item Principum aliorum Magnatum atque Eruditorum maxime pollens, atque præterea de juribus suis publice aliquid deducendi aut commentandi, tot tantasque occasiones Pharmacopœi non habeant. Quod si igitur argumenta a Dominis Medicis contra Pharmacopœos in medium allata tanti ponderis inveniemus, ut jure opponi illis aliquid haud possit, lubentes nostrum calculum illis adjiciemus; sin leviora illa experti erimus, a partibus Pharmacopœorum stare non tergiversabimur.

CAPUT

PHARMACOPOEORUM OFFICIO ET PRIVILEGIIS.

§. I.

Cum inter partes Medicinæ in *cap. preced. §. II.* etiam Pharmacopœvicam viderimus, in §. 30. Medicos & Pharmacopœos adhuc hodie in quibusdam convenire, dictum fuerit, sine dubio Pharmacopœi etiam multa cum Medicis communia habebunt jura, quæ in non exiguo numero singula apponere facile possemus; At vero cum in præsentî de Pharmacopœis in specie disserere & tractando illam Materiam ab omnibus ambagibus omnique prolixitate, nisi quam ipsa rei natura necessario requirit, abstrahere constituerimus, itaque communia illa aliis Dissertationem de jure Medicorum forte conscribere volentibus relicturi, nos potissimum de jure Pharmacopœorum singularibus & propriis pro ratione instituti nostri solliciti erimus ex communibus illis præcipua saltem in transcurso & obiter quasi notaturi.

§. II. Videntur autem non incommode quæstionis de jure Pharmacopœorum ad duo summa capita referri posse, vinculum & laxationem libertatis eorum, seu stilo magis Juridico, officium eorum & privilegia. Quod officium attinet, primum inter requisita boni Pharmacopœi a nonnullis ponitur, *ut sit fide & professione vere Christianus*, non atheus aut infidelis, cujus conscientia & animus serâ pietate ex fontibus Israelis sit informatus, ut Deum Medicinæ Autorem timeat, eumque operum suorum judicem, omnia cernentem, & actionum omnium ac singularum rationem habentem agnoscat, sunt verba *Kloekil de Erario l. 2. c. 15. n. 10.* non incongrua quidem, quoniam, si veræ Pietatis fundamenta in corde Pharmacopœi jacta, is omnia illa, de quibus inter peccata Pharmacopœorum dicemus, sua sponte intermissurus sit. Sed vereor, ne hoc vere *requisitum*

maneat, præsertim nostri corrupti seculi moribus, ubi multi nomine Christiani, pauci re ipsa tales in omnibus omnino statibus eheu! inveniuntur. Ut taceam, hoc non tam esse requisitum Pharmacopœi, quam officium communissimum omnium statuum in Christiana republica. Illud autem, quod *Nich. Boudewin in Ventilabro Med. Theol. P. 2. qu. 4. p. 314.* adjicit, debere Pharmacopœum vera Apostolica & Romana religione, non autem hæresi aliqua, aut Magia, (si magiam veneficam intelligit, res per se patet,) esse imbutum, ne caducum Corpus sanando, immortalem animam simul occidat, id Auroris, qui sectæ Pontificiæ addictus fuit, superstitioso Religionis Zelo condonamus, & eo quidem libentius, ubi inter Evangelicos vivimus, qui fortassis definitionem Hæretici in l. 2. §. 1. de Hæret. ibi: *qui vel levi argumento a judicio Catholice Religionis & tramite detecti fuerint deviare, non admittent, nec hucusque de rite definienda Hæresi inter se convenire potuerunt.* Consectarium autem hujus I. Requisiti est secundum, ut scilicet Pharmacopœus sit affabilis, benignus, misericors, pauperibus mitis & liberalis ægrorum necessitatem & periculum fideliter expendens, & in præstandis officiis charitatis impiger & fidelis *Klock. d. C. 15. n. 12.* ubi enim verâ pietas radicata, non possunt non ejusmodi fructus consequi.

§. III. Officium Pharmacopœi propius consistit in eo, ut omnium simplicium, vernacularum & exoticorum, solidam, non ambrosicam aut trivalem, habeat notitiam, in eumque finem Græcam & Latinam Linguam, præsertim vero hanc, ad minimum in tantum calleat, ut nomina herbis, arboribus, aliisque rebus ad medicamenta spectantibus imposita, intelligere valeat, v. *Klock. d. 6. 15. n. 12. conf. Conring. Introd. in Un. art. Med. c. 11. §. 2. Habeat Facultates mediocres, vel de iis alio modo prospiciat, quo debito tempore coemere possit Medicinas optimas, nec deteriores, quia viliori pretio veniunt, præstantissimis, quæ paulo largiore comparantur, præferre necesse habeat Klock. l. c. n. 12. conf. Constit. 2. Friderici supra C. 1. §. 6. recensitam. Curet proinde ut semper debitus remediatorum simplicium*

plcium & compastorum, vernaculorum & exoticorum; bonorum & integrorum, apparatus adfit, Klock. l. c. n. 55. gute / frische und tügliche Materialien und Urzney vocantur in Rec. Imp. de Anno 1579. Tit. 34. quæ ratione partium anni & mensium conqui-
renda, idonee reponenda, frequenter lustranda & conserva-
vanda. Quo autem eo melius conservari queant, incumbit Pharmacopœo, ut officinam in salubri & perstabili loco a vento-
rum disturbio, pulveribus, fumis & fœtoribus distitam constituat, &
tersam ac mundam omnibus modis servet. Klock. all. l. n. 14. Hæc
enim omitendo corruptioni Medicamentorum occasionem
suppedians & sui ipsius damni faber est, si merces corruptæ
illi relinquuntur: & illas fraudulenter vendendo, contra pro-
ximum suum gravissime peccat.

§. IV. Quantum ad Medicamentorum compositionem,
exigitur, ut Pharmacopœus Medicamenta probe præparare & compo-
nere sciat. Quod ut eo melius fieri possit, opus est, (1) ut
dispensata simplicia, priusquam misceantur, ordine collo-
cet, & ad eorum examen & inspectionem Senatorem unum
vel alterum huic negotio deputatum cum Physico, Medico ordi-
nario, convocet, iisque, si fieri potest, intuentibus misceat.
conf. Const. 3. Friderici Cap. 1. §. 3. adducta. Medicus Medici-
næ præparatæ annum, mensem & diem superscribat, deinde
reponatur, & si opus fuerit, iusto tempore, priusquam in usum
publicum tradatur, fermentari finito. (1) Ut dispenset jux-
ta literam approbatorum Dispensatoriorum, de quibus postea,
non secundum propriam phantasiâ, & seponendo formu-
lam a Medico præscriptam, Klock. d. l. 2. c. 15. num. 16. 17. 22. Sic
porro gnarus artis Chymicæ, in eaque exercitativissimus, Id. ib. n. 18.
Cum ars componendi medicamenta sine Chymicarum re-
rum peritia mutila sit, neque possit citra eam acquiri, Du.
Schelbamm. in addit. ad Conring. Introd. in art. Med. C. 11. §. 6. Con-
ducat Ministros artis pharmaceuticæ gnaros probeque in ea versatos &
doctos, neque ullum recipiat vel admittat ministrum in officina-
m, quin a Medicis examinatum, sufficiensque vitæ, morum
& profectus testimonium edentem & fidelitatis juramento

sele obstringentem, *Klock. l. c. n. 21. v. Ammanni Medic. Critic. Cas. 25. p. 192.* Si in receptis quid occurrat, quod non intelligat, vel minus assequatur, vel sit, de quo dubitet, v. gr. an pro una, pluribusve dosibus dare debeat, an fortioris complexionis sit æger &c. *Medicum adire, explicationem & enodationem rei postulare, & quid faciendum sit, percunctari debet, v. Boudewyns Ventilabr. Med. Theo. P. 2. qu. 7. pag. 334. Klock. l. all. n. 23.* ne forte ægrotus, si propriam Pharmacopœus sequatur phantasiam, eo ipso damno aliquo irreparabili afficiatur. Constitutum denique esse solet, ut Receptorum formula adscripto anno & die, quo & in cujus gratiam parata, libro inscribantur aut in originali asserventur, ut si quis eas repetat, pro ægri commodo in promptu haberi possint. Hæc omnia, quæ recensuimus, optime statuuntur, quod ad officium boni Pharmacopœi requirantur, verendum tamen, ne non & de pluribus celebribus urbibus querelæ moveri possent, qualiter de Antverpiâ conqueritur *Boudewin l. c. qu. 4. p. 314.* Nescio qua conscientia tamdiu toleratum sit, ut omnes & singuli, cujuscunque tandem artis aut conditionis forent, (data modo pecunia vel aliam ob causam) Pharmaciâ erigere possint & Medicamenti præparandi scientiam sibi vindicent.

§. V. Sunt quidem & alia capita ad officium Pharmacopœorum pertinentia, sed negativa magis & quid omittere debeant, quæ adeo *cap. seq.* ubi de delictis Pharmacopœorum differemus, reservabimus. Ut vero ea, quæ ad officium eorum spectare diximus, omnia & singula probe observent Pharmacopœi *juramento adstringi solent.* Hoc enim si non fieret, non solum in præparandis, verum etiam in taxandis Medicamentis salus ægrorum & existimatio Prælicorum multum facile periclitaretur, ut inquit *Amman. in Medic. Critic. Discurs. 16. n. IV.* Et hunc in finem non solum in *Constitutionibus 2. & 3. Eri-derici, cap. 1. §. 6. & 7.* appositis jam sancitum, ut nemo admittatur ad hoc, ut tenent confessionem, nisi præstito corporaliter juramento sive sacramento, quod confessiones fideliter juxta artes & hominum qualitates sine fraude in præsentia juratorum face-

facere velit; Verum etiam in der Sächsischen Landes-Ordnung de An. 1550. Tit. von Apotheker / it. in der Tax-Ordnung de An. 1623. Class. 2. Tit. Apotheker-Waaren idem repetitum deprehenditur. conf. etiam Sächsische Gothaische Medicinal- und Apotheker Ordnung de An. 1694. C. 2. §. 1. ibi: Wenn er nun diesem ein Genügen gethan und in dem Examine wohl bestanden / ist er auf die Apotheker-Ordnung und den Tax, aus denen selben im geringsten nicht zu schreiten / in Pflicht zu nehmen. Formula juramenti supplicatur in der Chur-Brandenburg. Medic. Ordnung de An. 1694. p. 20. sequentem in modum: Ich N. N. schwere und gelobe GOTT den Allmächtigen und Allwissenden / daß ich meiner Pflicht in rechtmäßiger Vorsorge und Obacht meiner Apotheken treulich wahrnehmen / Sr. Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg publicirte Apotheker-Taxe und Ordnung in allen und jeden Puncten und Articula fest und unverbrüchlich halten / und denselben nach meinem besten Verstand und Vermögen nachkommen / die verschriebene Medicamenta und Recepte in Nahmen / Gewichten / Maasß oder sonst nirgends worinn ändern / noch ein Stück vor das andere nehmen / oder meinem Gesellen / und Jungen solches zu thun verstaten / die sub Manu approbatorum Medicorum zugefertigte Recepte treulich und sorgfältig verfertigen lassen / aber des Curirens und Besuchens der Patienten mich enthalten / insonderheit ohneder Medicorum Gutbefinden und Vorwissen / keine Purgantia, Vomitoria, statcktreibende Medicamenta oder Opiaca, vielweniger Gift aus meiner Officin verkaufen / oder jemand ohne gnugsame Untersuchung oder Versicherung abfolgen lassen / und im übrigen mich also verhalten wolle / wie es einem ehrlichen / rechtschaffenen / vorsichtigen und gewissenhaften Apotheker gebühret und wohl anstehet; So wahr mir GOTT helffe / durch Jesum Christum. Aliam formulam refert Faust. in Consil. pro arario Class. 16. Conf. 159. hunc in modum: Se velle colligere simplicia, tempestive & diligenter exsiccare: Composita dispensaturum secundum artis Medica prescriptum, que saccharo condien-

condienda, non melle &c. venenosa & abortum causantia nemini cessurum, imprimis ignotis, praparaturum summa cum diligentia ea, quae purgant, obsoleta & deperdita abjecturum, nec quid pro quo adhibeturum, sed omnia consilia Medici facturum. Non solum autem ipsi Pharmacopœi, sed & eorundem Ministri juramento ob identidem rationis adstringendi, v. quae in §. 4. ex Klockio adduximus, quo etiam collimat ex Corpore Juris Saxonici Verordnung bey den Sächsischen Universitäten / cap. von der Facultät in der Arzney §. So wollen wir / fol. 272. in f. die Apotheker / so nicht selbst Doctores in Medicina sind / und ihre Gesellen / sollen an die Medicos gewiesen / und von denselben mit sondern Pflichten eingenommen werden / welches auch in andern Städten / welche Apotheken und Stadt-Physicos haben / also gehalten werden soll / licet ordinatio Ducis Gothani de A. 1694. c. 3. §. 1. corporale juramentum solum ab illis, qui Provisoris apud viduam aliquam aut in Pharmacopoliis Minorum, officio funguntur, requiratur, quoad ceteros vero promissionem stipulata manu factam sufficere definat: Diejenigen Gesellen / so von Wittiben / Kindern oder Vormündern in denen Apotheken zu Provisoren anzunehmen / sollen nechst vorher gnugsamen dargethanen Zeugnisse wegen ihrer Geburt / ausgestandener Disciplina und Lehr-Jahre / auch ob sie bey rechtschaffenen und erfahrenen Apothekern gelernet / wo dieselben serviret und wie sie sich verhalten / von jedes Orts Obrigkeit beeydigt werden / die andern aber nur an Eydes statt mit gegebenem Handschlag angeloben &c.

§. VI. Diximus §. 4. inter alia etiam a Pharmacopœo requiri, ut non secundum propriam phantasiam, sed juxta literam approbatorum Dispensatoriorum, qualia sunt Augustanum, Noricum &c. medicamenta rite praparet. v. Klock. de Arrar. l. 2. c. 15. n. 27. Brandenburg. Medicinal Orda. de Anno 1694. von Apothekern §. 5. & 6. p. 10. Non abs re ergo fore duximus, si nonnulla de iisdem hic subjiceremus. Sunt autem, vel ad minimum debebant esse, illa Dispensatoria libri publice approbati, modum rite praprandi Medicamenta composita Pharmacopœis

poëis perspicue & accurate præscribentes. Sed *debeant esse forte non contra veritatem diximus. Si enim vel unum Helmontium in operibus Tract. 54. de Morbis c. 23. n. 24. 28. inspiciamus, querelæ ejusmodi & hic defectum saltem aliquem deprehendi nobis docebunt. Die Apotheker-Bücher / inquit, sind / wie sie von den Schulen gepriesen und zusammen geschrieben / und von den Aerzten gebraucht werden / nur zu Beförderung / und gleich fertige Arzneyen im Vorrath zu haben / (dannehero auch die Apotheken Promptuaria genannt werden / das ist : Vorrath-Kammern von fertigen Arzneyen) nicht aber handeln sie von gewissen eignen Mitteln / wie diese oder jene Kranckheit solche erfordert. Nämlich sie haben nur einen allgemeinen und gleich durchgehenden Zweck / da man dazu wohl dispensiren / das ist / ziemliche Erlaubniß brauchen / und eines vor das andere nehmen darff: Daher sie auch Dispensatoria genannt werden : (das ist / solche Bücher / daraus zu sehen / wie weit die Kunst Erlaubniß giebet / ein Mittel an statt des andern zu gebrauchen /) da erscheinet ja aus allen und jeden Recepten / weil überall solche rohe Stücke zusammen geworffen und untereinander gemischt werden / daß man nur mit lauter Muthmassungen umgehe / und den Ausgang nach Vermuthungen ermesse: Also / daß ja der arme Krancke vor sein Geld überall betrogen wird / nemlich so wohl durch den Apotheker / es mag nun derselbe redlich oder unredlich handeln ; als auch durch den Doctor, sonderlich weil derselbe bey dem Doctor-werden seine Pflicht thun muß. Denn da meynen hernach die Leute / es könne derjenige nicht irren / noch betriegen / noch betrogen werden / welcher einen Eyd geschworen hat / und wohl wissentlich als eine tüchtige Person Arzney zu geben Erlaubniß bekommen. An nimis duriter interdum locutus fuerit Helmontius, id discutere hujus non est loci. Cæterum, quantum ad libros illos dispensatorios, non sine causa aut ex odio ejusmodi querelas movisse videtur, dum & ab aliis hoc factum deprehendimus, v. Dan. Ludovici de Pharmacia moderno seculo applic. in Introduct. ubi inter alia p. 6. dicit, Medicos magna parte*

F parte

parte antiquæ autoritatis ac libertatis privari & Dispensatoriorum arbitrio formulisque injbi authenticatis sæpe non sine multis Curationis incommodis alligari. Et hæc forte causa fuit, quod Serenissimus Elector noster in *alleg. ord. Medicin. d. §. 6.* ibi: *Wiß unser Collegium ihr eigenes Dispensatorium heraus gegeben hat /* adhuc alio quodam Dispensatorio præter ibidem recensitum Augustanum opus esse existimaverit.

§. VII. Quoad privilegia Pharmacopœorum notamus (1) illos singulari dignitate gaudere, partim, quod nomine Medicorum generaliter accepto etiam veniant, partim, quod Literatis ex eo capite annumerentur, quia officio debito modo defungi nequeunt, nisi literis sint imbuti & medicamentorum probam habeant cognitionem *v. quæ in §. 3. b. cap. diximus, & Carpzov. P. 2. Dec. 8. n. 5. 6. & 7.* ex quo originem traxit, quod in multis civitatibus, ubi Academiæ florent, Senatui non oppidano, sed Academico subiecti esse soleant. Concedimus quidem, multas quoque in contrarium allegari posse Civitates, in quibus ordinarium coram Magistratu urbano forum agnoscere tenentur; Verum id exinde factum esse putamus, quod in plerisque locis Pharmacopolia constituta fuerint, priusquam Academiæ introducerentur, & sic Pharmacopœi jurisdictioni Senatus, cui semel subiecti erant, difficilius eximi poterit. *Conf. §. 13.*

§. VIII. Neque (2) immunitas, qua Medici quoad munera personalia & realia olim gavisi sunt, *v. l. 6. Cod. de Medicis & Professoribus*, Pharmacopœis deneganda videtur. Ubi enim eadem ratio, ibi idem quoque jus est. Jam vero quoniam officium Medicorum tale est, quod hominem requirit nullis aliis expeditionibus implicatum, ut quovis tempore desiderantibus ægrotis consilio suo præsto esse possit; Pharmacopœus autem dextra quasi manus Medici sit, certe hodie, ubi Medico ipsi Medicamenta preparare non concessum, consilium autem sine ipsa Medicamenti adhibitione ægrotanti parum proficit, de immunitate hoc respectu Medico concessa, Pharmacopœus quoque participabit. Justam proinde exculationis causam, habet contra delatam Tutelam ex *§. 15. J. de excus.*

cas. Tut. vel Cur. item alia officia in Civitate opponendam, ubi solent quidam constitui *Feuer- / Herren / Wein- Herren / Korn- Taxirer / Brod- Taxirer / &c.* cum enim & hæc officia non parum temporis requirant, non posset Pharmacopœus eo, ut decebat modo, Pharmacopolio suo præesse, si & illis debite vacare vellet. Neque vero assertioni nostræ refragabitur, quod Apothecarii secundum ipsas Leges Romanas, quemadmodum & Unguentarii, inter viles personas relatæ sint, & sic iisdem privilegiis, quæ dictæ Leges Medicis tribuunt, frui neutriquam possint, *v. Cap. 1. §. 19. 20.* Responsio namque, quod neque Unguentarii, neque Apothecarii veteres cum nostris Pharmacopœis confundendi, sed prorsus ab invicem distincti sint, dictis §§. simul jam suppeditata fuit, quo nos brevitate amore referimus.

§. IX. Quantum ad munera patrimonialia sive realia atinet, Pharmacopœi eo privilegio gaudent, quod a metatis, *Denen Einquartierungen / sint immunes.* Quo facit *Ordinat. Cæsarea de A. 1640. 29. Nov.* ita disponens: *Soll keinem weder Hohen / noch Niedern Officirern vergönnet seyn / die Quartier wider der Landes- Obrigkeit betrieben eigenes gefallens zu machen / &c. noch die Klöster / Kirchen / Pfarrhöffe / Schulen / Hospitalen / Schlösser / Freyhöffe / Apotheken / Eisenhammer ic. weder mit eigenthätlichen Einquartier- und zu Schatzungen noch in andere Wege nicht zu beschweren und zu belästigen.* Nimis vero restrictam putamus illam restrictionem, quam *Joh. Ott. Tabor. de Metat. P. 3. Sect. 2. Cap. 3. Art. 2. §. 8. p. 249.* circa hoc privilegium addit, putans, quod illud tantum quoad officinam, in qua Medicamenta asservantur, non vero quoad totam domum, in qua illa officina sita, sit intelligendum. Cum enim nemo sanæ mentis homo unquam forte in opinione illa fuerit, quod in ipsa officina Medicamentaria, nisi privilegium a Pharmacopœo doceatur, militibus hospitatio sit concedenda, revera, saltem ejusmodi immunitatem tribuere, esset nihil tribuere. Et quid responderet Tabor, si privilegium, quod ædibus Parochianis denen *Pfarrhöfen* competit,

tantum de Museo Clerici explicare quis vellet? Minime etiam ex adductis ibidem Senatus Mindani verbis suam explicacionem deducere poterit. Si enim ea exactius perveſtigamus, prout ſonat: denn ob wohl die Privilegia vieler Orthen vermögen/ daß die Apothecker mit Stadt-Anfall/ an Schoß/ Bollwerck/ Einquartierungen/ Tag- und Nachtwache/ u. d. gl. unbeschweret bleiben; So ist doch ſolches nicht zu verstehen von andern habenden Erbgütern/ und nicht zur Apotheck gehörig/ id tantum volunt, quod Pharmacopœus extra domum, in qua officinam constituit & quæ tota voce Apotheck denotatur, quoad alias ædes, si quas possidet, istam immunitatem præterdere non possit. Interim tamen nemini litem movebimus, si docere velit, Pharmacopœos non omnibus locis hocce privilegio gaudere, quemadmodum etiam *all. Ordin. Casarea* verbis: *Wider des Landes Obrigkeit belieben/ circa ejusmodi privilegia disponendi Magistratui liberam manum reliquit. Libenter etiam concedimus, eosdem apud nos illa immunitate a tributis s. vectigalibus pro Medicamentis ad officinam attinentibus invecis non solvendis, quam in Castilia obtinere quoad Alcazalam, ut vocant, narrat Faust. Consil. pro arar. Class. 18. Conf. 1405. non gaudere.*

§. X. Concurſu Creditorum circa bona defuncti exorto, Pharmacopœi (3) quoad Medicamenta defuncto ægotanti ſuppeditata jure prælationis præ omnibus Creditoribus, etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus, gaudent v. *Beuher. Tr. de jure prælat. p. 1. c. 26. Carpz. P. 1. c. 28. Chur-Brandenburg. Medicin. Ordn. de A. 1674. von Apotheckern §. 27. p. 19.* Cum tantis enim ſumtibus tantisque laboribus officinas ſuas inſtruire neceſſe habeant, interdum nocteve ægotis præſto ſint, opeque medicinalium per Dei benedictionem cum morbo morreque conſiſtantibus læpe vita facta recta conſervetur; æquitas certe ſvadet, ut cæteris Creditoribus antepoſiti eo certiores de ſolutione eſſe poſſint, v. *addit. ad Klock. de Arar. l. 2. c. 15. n. 20.* Cæterum ſolidam quidem rationem non adeſſe, cur quoad hoc jus prælationis inter medicamenta in ultimum & priores morbos

bos facta distingvi necessum sit, fateatur *Illustr. Dn. Ordinarius in addit. ad Brunnem. Proc. Conc. Credit. c. 5. §. 15.* ut quoad priora scilicet Pharmacopœi tantum hoc privilegio gaudeant, quippe cum necessitas æqualis adlit in medicamentis ad priores Morbos profligandos suppeditatis. Interim tamen ita servari ipse *loc. cit.* subjungit; Contrarium tamen Norimbergæ obtinere, modo tempus, a quo debitum contractum, triennium non excedat, refertur *in addit. ad Klock. loc. prox. cit.* Cesante interim adducto favore, cessat etiam jus prælationis in pharmacis, non in curationem ægroti, sed in culina ad condendos cibos adhibitis, *conf. Beutber, d. tract. P. 2. C. 26.*

§. XI. Juxta differentiam inter Pharmacopolas & Aromatopolas *Cap. I. §. 26.* traditam, sequitur (4) quod Pharmacopœi jure prohibendi adversus hos, Materialistas scilicet, gaudeant, ne Medicamenta præparare, multo minus eadem divendere possint. Qua de re in *Ordinat. Medic. Potentiss. Elect. nostræ de anno 1694.* von denen Apothekern §. 25. p. 18. *talis sanctio extat*: Damit nun die Apotheker ihre Officinen / vorgefertigter Massen im Stande erhalten / und bey der vorgeschriebenen Taxe ohne Schaden bleiben können; So wollen wir sie bey ihren Privilegiis schützen / sonderlich soll ihnen an ihrer Nahrung und Handel kein Eintrag geschehen von denen Materialisten / Kräutern / Distillatoren und andern dergleichen; welche schlechter Dings bey ihren habenden Privilegiis verbleiben / und keine Materialien / und Medicamenten / so eigentlich und allein in die Apotheken gehören / weder præpariren noch verkaufen sollen. Idem jus (5) contra Tonsores, Balneatores, Circumforaneos, &c. habent, quod in appositis modo verbis *Ordinat. Elect. ibid.* und andern dergleichen / innueatur, *conf. & Klock. de Erar. l. 2. c. 17. n. 26.* Huc pertinet etiam Rescriptum quoddam Augusti, Ducis Saxonie & Administratoris Episcopatus Magdeburgensis, ad Senatum Hallensem mensis Novembr. 1687. datum, P. P. Uns ist unterthänigst Bericht geschehen / was gestalt die dieses Jahres angeordnete Apotheken-Visitation werckstellig gemacht / und daß in beyden die Medicamenta, Arzneyen

und Materialien / was in wohlbestalten Apotheken nöthig / alles gut und in Menge befunden worden / wobey aber die Herren Medici und Apotheker höchlich geklaget haben sollen / daß ihnen von den Störern und Quacksälbern / so fast wöchentlich aufm Markt sich alhie finden ließen / nicht geringer Eintrag geschehe / welches ihnen dann / weil zu Erhaltung der Apotheken ein ziemlicher Verlag geböretet / sie auch sonst viel Mühe und Unkosten aufwenden müßten / zu grossen Schaden und Verderb gereichen thäte / derowegen sie um Schutz und Remedirung diesem Werck gebethen. Nun werdet ihr euch unserer ausgelassenen Apotheker-Ordnung erinnern / deren wir dann nachgelebet wissen wollen. Befehlen euch demnach hiemit gnädigst / ihr wollet dergleichen Störer und Quacksälber / als rechte Leut-Verrieger (ausgenommen in denen öffentlichen Jahrmärkten / jedoch daß auch ihnen / wenn Jahrmarekt aufa Neumarekt fällt / in der Stadt ihre Waaren zu verhandeln erlaubet werde) feil zu haben / vielweniger Michridach und Theriac zu verkauffen / nicht gestatten. Wir nehmen aber billig aus diejenigen / so absonderliche Käyserliche *Privilegia* haben / auch bewehrte / erfahrene und gnugsame Zeugniß habende Oculisten und Steinschneider seyn / welche aber nicht allzulang / sondern nur auf wenige gewisse Zeit allhier ihre Nahrung suchen mögen / und lassen im übrigen es bey unserer publicirten Apotheker-Ordnung allerdinge bewenden. *Simile Rescriptum contra Circumforaneos & Tonforem aliquem, qui Medicamenta vendidisse denunciatus erat, emanavit d. 4. Jan. A. 1658.*

§. XII. In favorem Pharmacopœorum (6) receptum est, quod non in omnibus Civitatibus, sed aliquibus tantum & quidem majoribus, Pharmacopolia esse debeant, v. *Constit. 2. Friderici Cap. 1. §. 6. adductam*, ibi: *Nec stationes hujusmodi erunt ubique, sed in certis Civitatibus per regnum, quod quidem in detrimentum Civium minores Civitates inhabitantium tendere videri possent, nisi jam Cap. 1. §. 27. hos deficiente luxu tot tantisque valetudinibus non subjacere, aut ubi ægrotare inceperint, Rusticorum Pharmacopoliis, ut ics*

loquar, fere contentos esse, præoccupaverimus. Similis argu-
 menti est (7) quod nec in ipsis Civitatibus majoribus pro lu-
 bitu nova Pharmacopolia constituere licitum, sed certus eo-
 rundem numerus definitus esse solet. Pluribus enim Phar-
 macopœis toleratis, alter alterum impediret, quo minus Me-
 dicamenta vendere nova justo tempore substituere, & sic
 Pharmacopolium rite instructum habere posset. Tale Privi-
 legium Pharmacopœi Hallenses consequuti sunt, quod duo-
 bus constitutis Pharmacopoliis nova superaddi non debeant,
 quemadmodum restantur communicatæ nobis istius Privile-
 gii Confirmationes e Vicario Svecico, Ludovico, Principe
 Anhaltino, sub dato Halle den 20. Jul. 1634. ab Augusto, Admi-
 nistratore, sub Dato Magdeburg den 21. April. 1645. & ab Ele-
 ctore Brand. Friderico Wilhelmo, sub Dato Potsdam den 1. Au-
 gust. 1681. impetratæ. Licet vero quis ea, quæ in §. 11. & hoc 12.
 retulimus, Pharmacopœorum Privilegia ex eo capite, quod
 Monopolium sapiant, impugnare velit: Illi tamen respondebi-
 mus, interdum publica utilitate urgendo, & publica autorita-
 te, uti hic, paucis negotiationem certarum mercium concedi
 posse, & sic Monopolia privata autoritate constituta primario
 tantum prohibita esse, conf. Brunneemannus, nec non Veneran-
 dus Dn. Parens in Comm. ad l. un. C. de Monopoliis.

§ XIII. Quemadmodum autem omnibus Contractibus &
 promissionibus clausula: *Si res in eodem statu maneat, vel Rebus
 sic stantibus, tacite adjectæ censetur*; ita & etiam quoad ea, quæ
 de pharmacopoliis ultra certum numerum non constituen-
 dis diximus, subintelligi debet. Quod si enim ex postfacto
 Urbs incolis augeatur, aut v. g. nova Academia instituat,ur,
 nullum adest dubium, quin Princeps novam Apothecam, no-
 vum Bibliopolium, &c. constituendi licentiam concedere pos-
 sit. Et hinc non habent, quod de læsione privilegiorum suorum
 in §. præc. allegatorum conquerantur Pharmacopœi Hallenses,
 quia tertium Pharmacopolium Academicum indultu Serenis-
 simi Electoris jam constitutum videmus; postquam enim non
 solum per receptionem Reformatorem patriæ ob Religionem
 profugorum civium, sed & per introductionem Almae Frideri-
 ci-

ciaræ habitantium numerus non parum auctus, atque sic pri-
stina rerum facies a præsentî prorsus mutata fuerat; quis diffi-
teri vellet, quin tertium Pharmacopolium condere publica
utilitas, ut ægrotis eo promptius succurri posset, non flagita-
verit? Ex supra dictis §. 7. autem ratio simul est evidens, cur
Pharmacopœus Pharmacopolii hujus tertii sit Academicæ ju-
risdictioni subiectus.

§. XIV. Jura in §. II. allata, quæ contra Materialistas Phar-
macopœis competunt, eo usque extenduntur, ut & (8) contra
ipsoſ Medicos, ne Medicamenta ipsi domi præparare & ægro-
tis promiscue vendere possint jus prohibendi habeant v. Con-
stit. 2. Friderici cap. 1. §. 6. recensitam, ibi: *nec ipse etiam (Medi-
cus) habeat propriam stationem.* Sæpe quidem fuit litigarum:
An etiam Medici hodie possint præparare & vendere Medi-
camenta? interim tamen pro negativa, si medicamenta rari-
ora & selectissima, casus item necessitatis & loca ubi Pharma-
copolia non adsunt, excipias, rem juste satis decisam esse repu-
tamus, conf. pluribus *Anmanni Critica Cas. 25.* Conqueritur
quidem in *addit. ad Coving. introd. in art. Med. C. 1. §. 12. Dn.
Schelhammeræ*, quod injuria & cum incommodo Civium ho-
die quibusdam in locis Medici ab omni pharmaceutica præ-
paratione tanta severitate arceantur, & in contrarium adducit,
quod per universam superiorem Saxoniam & plurimis aîis in
locis ac regionibus, Medici suo jure utentes & laudabilem ve-
terum morem reducentes magnam Medicamentorum & præ-
cipuam partem sibi vendicaverint. Verum enim vero aut affe-
ctui parum benigno erga Pharmacopœos, quem sapere Auto-
ris verba videntur, hæc condonanda, aut de medicamentis ar-
canis & selectis uti colligo ex verbis: *Jubeantur vel maxime arca-
nas quoque præparationes sibi que proprias &c. aliorum fidei commit-
tere sunt intelligenda,*

§. XV. Meretur Responſum Facultatis Medicæ Lipsien-
sis ad requisitionem Pharmacopolarum Dresdensium An. 1629.
mense Januarii datum tanquam maxime rationabile, atque illis,
quæ a nobis dicta fuerunt, non parum lucis affundens, præter-
eaque JCTis debitum honorem reservans verbis integris hic
inse-

inferere, P. P. Wir haben derselben an uns gethanes Schreiben zu recht empfangen / und Collegialiter verlesen / befinden daraus / daß Sie mit einem Doctore Medicinæ bey ihnen in Streit gerathen / welcher / wie sie melden / vor weniger Zeit / ihren Privilegien zu wider / eine Apothecken in seinem Hauß anzurichten angefangen / daraus er seine Medicamenta, und zwar nicht nova und secreta allein / sondern mehrentheils vulgaria, und so in allen bestalten Apothecken gaugsam bekandt / præpariren / Apothecklein füllen / und hierüber Auszüge gleich andern Apotheckern / ihrem Bericht nach / ausschicken soll / und daß sie um deswillen unser Judicium erfordern; Wie weit ein Medicus in compositione & venditione Medicamentorum, mit Verfertigung der Auszüge / gehen / und ob er auch unter dem Schein vornehmer Secretorum die gemeinen Stücke zu verkauffen befugt sey? Hierauff können Wir denselben / (ungeachtet dieser Streit fast mehr den Herren juris peritis zu decidiren obliegt) doch / so viel uns hievon zustehet / zu vermelden nicht unterlassen / daß zwar einem jeden Medico selbst ein guter Apothecker zu seyn / und nicht allein / was der simplicium Cognition, der Compositorium richtige Mixtur, und allerhand wichtige und nothwendige præparaciones betrifft / fleißig zu erforschen / sondern auch / da es die Noth erfordert / die Arzney mit eignen Händen verfertigen zu wissen / obliegen will; Demnach aber der Medicus aus Mangel der Zeit / die er bey Visitation der Patienten zubringen muß / sonderlich / wenn er weitläufftige Praxin hat / seine Medicamenta doch nicht selbst præpariren kan / sondern einem andern untergeben und vertrauet muß / dahin denn das erste Absehen gewisser Apothecken vor alters her gewesen / damit dieselben tauglichen und redlichen Leuten / auff die man sich verlassen / anbefohlen werden möchten; Als halten Wir dafür / daß ein jeder Medicus sich billig solcher Ordnung und alten Herkommen gebrauche / und nicht einen Argwohn eines sonderlichen quæctus mit Verkaufung gemeiner und sonst bekandter Medicamenten auff sich lade / es wäre denn Sache / daß die Apothecken nicht richtig bestellet / und der

G

Apo

Apotheker neben seinen Ministris nicht so qualificirt wäre/ daß ihm sonderliche præparaciones zu verfertigen anvertrauet werden können/ oder aber der Medicus unter andern auch etliche Medicamenta für sich in geheim hätte/ auf solche gefekte Fälle kan kein Medicus, der die Arzney selbst præpariret/ von jemand verdacht werden/ da er sich in acht nimmt/ damit nicht durch des Apothekers Schuld beyde des Patienten Gesundheit/ und denn seine existimatio periclitire/ oder auch seine geheime Medicamenta, so er mit grosser Mühe und Unkosten erlernet und erfahret/ also bald und wider seinen Willen propaliret werden möchten. Welches wir den Herrn *re. Vid. Amman. Medic. Crit. Discurs. 25. p. 195. Conf. Mandatum Ducis Saxoniae Ernesti de Ann. 1657. Die verordneten Land-Medicos, Wund-Ärzte/ Balbierer *re. betreffend/ quod sub num. 2. adjunctum est Ordin. Medic. Goth. de A. 1694. ibi: Solte aber ein oder der andere Medicus seine Medicamenta vor sich selbst præpariren wollen/ so stehet es ihnen zwar frey/ jedoch mit der Maas/ da sie des Tages halben unserer Ordnung sich gemäß bezeigen;**

§. XVI. Quod si autem Medicis non licet promiscue Medicamentum vendere, æquum etiam e contrario erit, ut Pharmacopœi ab iis, quæ ad officium Medicorum spectant e. gr. formularum præscriptione, ægrotorum visitatione &c. profusus abstineant. Indignus enim est legis beneficio, qui in legem peccat ipse. Conf. hic. *Ammanni Medic. Crit. Discurs. 95. & Boudewyns Ventilabrum Med. Theol. P. 2. qv. 8. p. 331. Obvium hac in parte Pharmacopœis talia audentibus iurit Sereniss. Elector noster in Ordin. Medic. de A. 1694. Von Apothekern. §. 2. p. 8. ita disponens: Des Curirens aber und Verschreibens der Recepta, wie auch Besuchung der Krancken/ ob sie gleich desfalls vom Patienten ersuchet werden möchten/ sich bey Vermeidung hoher Straffe gänglich enthalten/ sondern vielmehr die Krancken an die Medicos verweisen. Similiter statutum ab Ernesto, Duce Gothano in Mandato antea all. non proc. ab init. Wie denn unter solchen nechst etlichen zwar in andern Dingen gelehrten/ jedoch*

doch der Arzney-Kunst niemahls recht ergeben gewesenenen Personen/ (die auch mit Hindanfegung ihres sonst ordentlichen Berufss zu curiren sich befeisigen) vornehmlich begriffen sind diejenigen Apotheker/ Chymisten und Barbierer/ welche über ihren Beruf bald innerlich/ bald äusserlich/ solche Kranckheiten/ Schäden und Gebrechen zu curiren annehmen/ die sie doch nicht verstehen/ vielweniger ihnen dergleichen zu thun zugelassen ist. Mallem tamen, ut in tractanda hac quaestione, de praxi Pharmacopœis non concedenda, magis occultarent Medici invidiam, ne proverbio antiquo de Medicorum invidia, tanquam maxime capitali & vehemente, in usum revocando ansam darent, cum tamen omnis invidia a Medicis prorsus abesse debeat, conf. *ven. Dn. Patr. de Medic. pecc. concl. 17. M. Job. Mich. Schwimmer de Profess. Academic. Dissert. 4. Theor. 2. §. 9. seqq.* Et, si dicendum, quod res est, certe non ubique ab affectu vacuus est ipse Couringius hac in parte. Dum enim in Tractatu suo de anti-quitatibus Academicis passim inculcat, quod leges strictæ observari debeant, ne quis, nisi examinatus & approbatus, ad Praxin Medicinæ admittatur, magis tamen ibi de affectibus movendis per figuras Rhetoricas, quam de rationum justis ponderibus est sollicitus, nisi forte eum exinde excusare velis, quod in toto illo tractatu, (qui ex diversis orationibus constat,) oratorem egerit & præconem aut panegyristam, non philosophum de veritate rei primario sollicitum.

§. XVII. Hæc tamen prohibitio sua sponte facile corrumpit, si jactis rite artis Medicinæ fundamentis, examinatus & approbatus, seu, quod utriusque signum esse solet, in Doctorem promotus fuerit. Unde in *Ordinat. Universitatum Saxon. Cap. Von der Facultät in der Arzney. §.* So wollen wir/ ibi: die Apotheker/ so nicht selbst *Doctores in Medicina* sind/ sollen an die *Medicos* gewiesen werden/ &c. expresse hæc limitatio adjecta fuit. Non vero graviter feret lector, quod hanc limitationem paulo distinctius tractaturi sumus, cum eandem ex ratione modo dicta fere omittere soleant Domini Medici. Possunt ergo Pharmacopœi fieri Doctores Medicinæ & praxin ita

Medicam exercere *arg. d. Ordin. Univ. Saxon. d. tit. Conf. supra legem Friderici II. c. 1. §. 6. adductam, ibi: Nec tamen post completum quinquennium practicabit, nisi per annum integrum cum consilio experti Medici practicetur.* Non desunt etiam, qui licet Doctoralia privilegia consecuti non fuerint, ex Pharmacopœis, non exiguam famam consecuti sunt. Et quamvis *Ammannus in Medicina Crit. Discurs. 65. p. 409.* Responsum aliquod Facultatis Medicæ Lipsiensis referat, in quo *p. 411. ab init.* Pharmacopœus talis persona venditatur, cujus in arte Medica ignorantia vel sola appellatione se manifestet; hic tamen humani aliquid admixtum deprehendi putamus. Otto enim Tachenius repetente ex Pharmaceutico ministro Chymicus factus, alcali & acidi autor famigeratissimus, jam suo exemplo Pharmacopœum non esse animal necessario artem Medicam ignorans obtretractores edocuit *v. addit. ad Conring. Introd. in art. Med. c. 2. §. 26.* Alii Pharmacopœi scriptis admodum insignes, Galli, Germani & Belgici, referuntur *in d. addit. ad C. n. §. 6.* Quamvis autem, quantum ad Ottonem Tachenium, D. Autor *dict. addit. c. 1.* ipsum sat acriter & false perstringat, cæterosque, qui editis scriptis inclaruerunt, minorum gentium Deos vocet illosque increpet, quod ratiocinando falcem in alienam messem immiserint, cui paria scripsit Autor Præludii in Joh. Michaelis *Ord. visit. officinas,* afferens, nihil quicquam exitiosius esse elati animi Pharmacopola, qui stationis suæ & ordinis obliviscens *την πολυπραγμοσύνην* quovis modo affectare amat: His tamen nihil commodius reponi posse putamus, quam ipsa verba Dn. Autoris *dict. addit. ad C. n. §. 6. p. 387.* paululum immutata cum augmento aliquo, scilicet, invidum & ad reprehendendum facile ingenium, præsertim si contra aliquem, qui ab inveterata consuetudine, von der alten/ löblich hergebrachten Gewohnheit/ discedere vult, res agitur, cohibere difficile est. Et quis tandem majorum Gentium Deus Medicis istam messem scribendi tractatus Medicos fecit propriam? quomodo acquirerunt illud jus, an per occupationem, an traditionem? de neutro apud nos certe constat. Nobis quidem videtur, cum

Expe-

Experientia nihil aliud sit, quam ejus, quod frequenter & eodem modo visum est, comprehensio atque memoria, *Conring. intr. in art. Med. c. 1. §. 22.* at vero Pharmacopœi intellectus copia rerum & experimentorum jam sit repletus, nullum ad Medicinæ studium esse aptiorem, quam Pharmacopœorum, cum e contrario Methodus vulgaris illius medici non possit non obscuritate laborare, utpote cum Medicina omnium maxime circa res sensibus obvias versetur, studiosi medicinæ tamen multa, si non plurima, absque sensualis evidentix conjunctione discant. Pharmacopœus ergo facilius intelligit, quæ dicuntur, cum res ipsas plerasque per propriam sensualem experientiam perceperit.

§. XVIII. Patet ex adductis in §. *præced.* dabilem esse casum, ut Pharmacopœi & Doctoris Medicinæ officia in uno subiecto concurrant. Obstare quidem (1) videtur huic asserto *Constit. 2. Friderici, supra c. 1. §. 6. recensita, quod Medicus non debeat habere propriam stationem*; Verum duplex ad illam constitutionem dari potest responsio, vel enim dici potest, eadem per consuetudinem contrariam derogatum esse, quod ex *textu der Verordnung bey dem Sächsis. Univ. Cap. von der Fac. in der Arzney. §. So wollen wir. ibi: die Apotheker, so nicht selbst Doctores in Medicina sind &c. jam in §. 17. adducto facile liquet: vel ita intelligenda, quod in casu, ubi in civitate certus numerus Pharmacopoliorum definitus, eademque optime instructa secundum illum numerum reperiantur, ut desiderari neque in Pharmacopœo, neque in ipsis pharmacis quicquam possit, Medicus in præjudicium caterorum propriam stationem habere neutiquam debeat. Manet ergo, Pharmacopolam, si postea Medicinæ Doctor factus, Pharmacopolium ut relinquat, vel vendat, jure cogi non posse, cuius rei exemplum etiam in vicina quadam Academia occurrit, de quo extat disputatio *de Tyrone Medicinæ inauguralsis ann. 1692. habita*, qui tamen post promotionem officinam suam retinuit.*

§. XIX. Grave tamen (2) impedimentum tibi forte esse videtur, quo minus Pharmacopola ad gradum Doctoralem aspirare possit, quia Lingva Latina, communi illo omnium Eru-

ditorum instrumento, non est imbutus & sic ad abstrusa Medicinae mysteria, Latine plerumque conscripta, ei penetrare non licet; Verum respondemus, eandem non esse necessariam ad eruditionem. Sicut enim e.g. Capillamentum non facit hominem prudentem, licet eundem ornent; sic quoque Lingua illa Latina non ad *to esse*, sed tantum *bene esse* viri eruditi requiritur. Illum sane, qui omnia omnibus rebus a Latinis imposita nomina memoriae mandavit, eademque piftaci instar ad amissum recitare valet, si ingenio & iudicio caret, nemo virum doctum deprædicabit. Et si hæc argumentatio ab ignorata Lingua Latina ad virum non doctum procederet, ob paritatem rationis nec Græci, nec Romani Philosophi Eruditorum nomen mererentur, cum eorum multi Hebraicam, Romani Græcam, linguas certe utilissimas, ignoraverint. Præterea, si tam apodictice tandem Lingua Latina requiritur; quid vetat, quo minus eam Pharmacopola addiscere possit, idque eo facilius, dum vocabula rerum medicarum jam habet cognita. Speramus tamen successu temporis etiam non desuturos, qui hac in parte commune illud præiudicium de Lingua Latina ad integralitatem viri eruditi necessaria agniti & desiderantibus Disciplinarum fundamenta in quacunque Facultate Germanice communicaturi sint.

§. XX. Illud forsan (3) majorem difficultatem causabitur, quod Pharmacopœus non sit aptus, ut integrum triennium in studio Logicali infumere possit, quod tamen expresse requiritur *d. Constit. Friderici in §. præc. alleg.* Sed nulla exinde difficultas. Sapit enim (1) ista Constitutio Pedantismum illorum temporum, a quo per Dei gratiam liberati vivimus & in praxi secundum iudicium commune Tractatus Helmontii in operibus ejus, cui Titulus: *Das die Vernunft Kunst nicht taugt* / ex proflo illo Lexico terminorum Logicalium Aristotelis intuitu Studiosorum Medicinæ communiter obtinere gaudemus. Neque enim curantur morbi per syllogismos in Barbara & Celarent, sed per bona medicamenta. Postea tamen (2) per Logicam forte quæstiones theoreticæ Medicinæ rationalis etiam intel-

intelligi possunt, uti apud *Conring. Introd. in Univ. art. Med. c. 1. §. 16. 17. & 24.* quamvis ille Autor admodum fallatur, dum *d. §. 17.* Medicos ob id, si illas quæstiones teneant, *χαριεστέρως* five gratiosissimos appellari sibi persuasit. In genuinam quidem ejusdem denominationis originem inquirere non est præsentis instituti, non improbable tamen est, eam ex prisca vocis *gratiosi* apud Romanos acceptione, quæ talem denotabat, qui in gratia & favore aliorum erat, hauriri posse. Cæterum si & quæstiones illas theoreticas exactius consideremus, v. g. utrum cor sit musculus, nec ne? an cerebrum, hepar, renes, ex glandulis componantur? &c. quas ad Curationem scitu non necessarias, sed Medico paulo elegantiori notas esse debere dicit *Schelhamm. in add. ad Conr. Introd. in art. Med. c. 1. §. 17.* inutilem quidem esse illam elegantiam fateri necesse habemus, ut adeo non ita vituperandus sit *Thestalus* ille, qui intra sex menses perfectam Medicinæ cognitionem pollicebatur, (quamvis communiter male audiat v. *Hofmann. Lex. Univ. Tom. 2. Voc. Thestalus*) modo quæstiones istiusmodi inutiles rescuerit. Quid enim ad feliciorum Curationem conducunt? Certo persuasi sumus, hominem sanæ mentis libentius Pharmacopœo curam sanitatis suæ commissurum esse, qui jam specimina edidit varia in curis februm aliorumve morborum, etiamsi novas hypotheses v. gr. de febris, aut de fermentatione sepulta ignoret, quam Medico subtilissime aut thraconice de quæstionibus similibus discurrenti, cætera vero negligentem Curationem ægrotantium agenti, aut cum periculo vitæ eorum tentamina hypothesum facienti.

§. XXI. Neque ista (4) Pharmacopœum a consequenda dignitate Doctorali repellent, quæ adducuntur *in add. ad Conring. Introd. in Un. art. Med. c. 1. §. 12. p. 29. quod minister in scietatem venire, & collegii socius censeretur, adeoque sacris hominibus adnumerari non possit. Res sacræ enim sacris hominibus ostenduntur, profanis autem non fas est; Verum respondemus, hæc omnia valde proverbium in §. 16. adductum redolere. Est quidem minister Medici Pharmacopœus, sed non mancipium.*

Com-

Componit Medicamenta juxta præscriptum, sed non servit Medico. Adeoque est persona Medico subordinata, non autem ad ejusdem servicia conducta. Cum autem inaudium plane non sit, sed plurima omnium temporum exempla testentur, sæpe ex ministro Dominum, & talem quidem, qui illi, cui prius parere tenebatur, imperare potuit, factum esse, quare ipsium socium Domini fieri posse negare vellemus? licet Medicum Pharmacopœi Dominum proprie talem non agnoscamus. Quemadmodum etiam res sacræ *loc. cit.* male de elegantioribus exponuntur, cum nullas, præter eas, quæ Dijs aut publice aut privatim dicatæ, ita vocatas esse, vulgo notum sit; ita cavendum quoque erat, ne sacer homo more Gentilium inter Christianos explicetur. Neque enim habent Medici, cur titulo *sacrorum* adeo glorientur, cum in significatione Christiana ille neutri forte comperat. Adde, quod & apud ipsos Romanos significatus ejus vocis parum benignus fuerit. Homo sacer enim pro eo accipiebatur, qui omnibus diris devotus impune a quovis e medio tolli poterat. *Conf. Hofmanni Lexic. Univ. Tom. 2. Voc. 2. Sacrosanctus.*

§. XXII. Sed ad minimum tamen inquires (s) per admissionem Pharmacopœi ad gradum Doctorem promotio Doctoralis prostituetur. Quotidiana enim quemadmodum vilescunt: sic & illa, ad quæ omnis fortis hominibus aditus patet, successu temporis vili penduntur. At nos negamus illam prostitutionem hoc in casu fieri. Non enim, nisi fundamentis artis rite prius jactis, Pharmacopœum ad illam dignitatem admissum volumus. Sed tunc nulla prostitutio metuenda. Certe illa revera tunc solummodo accidit, quando ignorantes, cujus stirpis, ætatis aut vitæ generis illi tandem sint, Doctores creantur, aut juvenes, nihil nisi lupanaria forte & popinas experti, titulo Experientissimorum, &c. condecorantur, Helmontius etsi alias duriter loquens, hic tamen infra meritum disseruit *Tract. vom Stein im Menschen / C. 7. n. 2.* Unter allen aber haben die Schulen die grösste Sicherheit und Freyheit / auch das meiste Ansehen / die Leute zu betriegen. Denn ob ich gleich mit unwieder-
treiblichen Wahrheits- Proben bewiesen / daß sie bis anhero
von

von dem Wesen / von den Ursachen der Kranckheiten / und von den Mitteln darwider gang nichts wissen / solches auch mit einem grossen Buch / und mit wesentlichen Gründen bekräftiget; so fahren sie doch fort / ihre Schüler / wie sie es nennen / zu promoviren / und zu Doctoren zu machen: Den einen / weil er gut Latein kan / und sein Vater ein Barbierer oder Apotheker ist: Einen andern / weil er Magister der freyen Künste worden / und bey den Professoren in etliche Lectionen gegangen: Einen andern endlich wohl gar / daß er so gelehrt / als wenn Euclides sein Vater wäre / als ob er von dem Aristotele selbst disputiren gelernt. *in Tract. 54. von den Kranckheiten / c. 23. n. 1.* Es wird nunmehr die Argney Kunst auf den Schaubühnen zu Possen-Spielen um dem Vöbel ein Gelächter dadurch zu erwecken / herum gezogen / weil ja die Aerzte anders nicht begehren / Flug zu seyn / als wie es die Gewohnheit der Schulen mit sich bringet. Et certe, cum ipso fatente *Covringio* *Introd. in Univ. art. Med. c. 1. §. 1.* Medicina ipsa sit ars, minime vero pars Philosophiæ, non poterit adeo magnam præ Pharmacopœi prærogativam præterdere, ut per promotionem ministri in magistrum artis prostitutio ei metuenda sit. Ut taceam, quod in *l. 1. §. 5. de commun. serv. manum.* servi artifices, Notarii aut Medici reliquis arte præditis quidem quoad æstimationem præferantur, ut Medicus usque ad 60. solidos taxari debeat; ipsis tamen eunuchis, quippe qui ad 70. solidos taxantur, postpositi sint, ut adeo vel ex argumento hujus legis Medicam artem præ aliis non magna gaudere prærogativa, deduci possit; nisi recordaremur, mores illos Romanorum ad nostra tempora parum quadrare. *Conf. supra c. 1. §. 30.* Quamvis & hodie forte verissimum sit, Eunuchi mancipium sæpe magis æstimari, quam Medicum, Jurum & Theologum.

CAPUT III.

DE CURA MAGISTRATUS
CIRCA PHARMACOPOLIA ET
PHARMACOPOEOS.

H

§. I.

§. I.

Consideravimus in Capite præcedenti *tum* ea, quæ ad officium Pharmacopœorum proferuntur, *tum* quoque jura iisdem adversus alios competentia. Cum autem nec ipsi Pharmacopœi illa, quæ officii sui sunt, adeo accurate semper observare, nec etiam alii juribus suis contenti esse, quin potius Pharmacopœos in exercitio & fruitione privilegiorum suorum haud raro turbare soleant: Cura Magistratus circa Pharmacopolia & Pharmacopœos dupliciter se exlerit, respectu quidem ipsorum Pharmacopœorum, ut illos, si officii sui oblitii fuerint, ad meliorem frugem reducat, præteritos excessus pro re nata coerceat & futuris obicem ponat, respectu aliorum privilegia turbantium, ut horum pruritus refrenet, privilegia semel indulta facta tecta conservet, inque turbatores, si justum videatur, juxta meritum animadvertat. Et hanc curam, postquam ex hypothesi communis corruptionis status Pharmacopœorum ad utilitatem publicam referendus venit, Magistratus etiam non imploratus vi officii, quod dicunt, nobilis, utroque respectu sedulo suscipere obstrictus est.

§. II. Et cum juxta tradita in *Cap. præc. §. 14. 15.* Medici hodie medicamenta promiscue vendere non possunt, hinc in eo esse debet ante omnia Magistratus, ut constitutionibus & adhortationibus Pharmacopœos adjuvet, quo Medici Recepta, quæ consulentibus suppeditare solent, in Pharmacopoliis ordinariis expediri curent. Fecit id Dux Saxonie Augustus, Administrator Archiepiscopus Magdeburgensis, qui An. 1665. d. 27. Jan. sequens mandatum emisit: Demnach des postulirten Hn. Administratoris des Primar. und Erbs. Stiffs. Magdeb. Herrn Augusti, &c. Durchl. unterthänigster Bericht erstattet/welcher massen die im verschiedenen Jahre angeordnete Apotheken-Visitation werckstellig gemacht/und daß nach deren Verrichtungen von denen Apothekern Erwehnung gethehen/wie sie die Officinen in gutem Wohlstande/allermassen dieselbe auch auf derer Hn. Medicorum selbst gethanen Anzeige befunden

den worden / zu erhalten / grosse Unkosten aufwenden müssen / und
 dahero geberthen / ihnen hierinnen auch / nach Inhalt der publicir-
 ten Apotheker-Ordnung / gebührenden Schutz und Förderung zu
 leisten / wobey denn die Herren Medici durch Verschreibung der
 Recepten in die Apotheken insonderheit viel thun könnten. So
 haben Ihre Fürstl. Durchl. vor nöthig erachtet / dieserwegen einige
 Erinnerung thun zu lassen / inmassen denn die Herren Medici
 samt und besonders hierdurch anermahnet werden / sie wollen in
 Verschreibung der Recepten vor die Patienten die Gebühr und
 Apotheker-Ordnung also beobachten / auf daß deswegen einige
 Klage nicht einkommen möge. Darnach sie sich zu achten. Pariter
 quoque, ne ceteri, contra quos Pharmacopœis jus prohiben-
 di asseruimus Cap. 2. §. 11. venditione & præparatione Medi-
 camentorum extra oleas vagentur, Magistratus prospicere
 obligatur.

§. III. Ut constet, utrum officio suo rite functi fuerint
 Pharmacopœi, nec ne, Visitationes sunt instituendæ. Non
 solum enim de fama Medici, si pharmaca non recte & lege ar-
 tis sint parata, sed & de pecunia, imo, quod majus est, ipsa
 ægroti vita agitur, quare præsertim grassantibus morbis con-
 tagiosis, peste, febribus malignis, visitationem necessariam
 putat *Job. Michaelis de ord. visitandi officinas in Operibus Med.*
Chirurg. p. 623. Cæterum visitationes in *universales & par-*
tiulares, sive etiam in *publicas & privatas* distingvi possunt.
 Priores, de quibus hic proprie loquimur, instituuntur ab im-
 plo Magistratu civitatis, ita ut ex ordine Senatorio commu-
 niter duo, qui vocantur Apotheker-Herren / *Michael loc. cit.*
 deputentur, quibus Medicus ordinarius, der Stadt-Phy-
 sicus, adjungi solet, *Conf. Klock. de Aerar. l. 2. c. 15. n. 20.*
cum addit. Conf. 3. Friderici, C. 1. §. 7. recensitam. Sächs.
Landes-Ordn. de Ann. 1550. tit. von Apotheken. fol. 30.
 ubi der Sach-verständige und dazu absonderlich vereydete
 Personen requiruntur. *Ita Ordinat. Medicin. Seren. Elect. Brand.*
de Ann. 1694. von Apothekern §. 23. p. 17. cura visitandi Phar-
macopolia Collegio Medico Electorali, adhibitis tamen cu-
 H 2 jus

jusque loci Magistratu & Physicis, injuncta est, ibi: Auf das auch in denen Apotheken es richtig und wohl hergehe / und solche in gutem Stande stets gehalten werden mögen; So wollen Wir/ daß unser Collegium Medicum jährlich zum wenigsten einmahl eine jede Apotheke durch einige aus ihrem Mittel committirte / ohnverwarnet / mit Zuziehung der Magistraten und Stadt-Physicorum, oder anderer Medicorum approbatorum, die dazu gebollmächtigt / visitiren sollen. In Civitatibus tamen, ubi Academiae vigent, communiter Visitatio a Professoribus Medicinæ fieri solet. Pertinet huc Verordnung bey den Sächsl. Universitäten. Tit. von der Facultät in der Arzney. §. zum vierdten. fol. 272. ubi ita disponitur: Diweil Uns der Apotheken halben allerley Klagen einkommen / welchergestalt die Leute mit den Waaren übersetz / und nicht allezeit gute tüchtige materialien zu denen Arzneyen gebraucht werden / und aber Wir in unser Universität Wittenberg / der Apotheken-Visitation und Tax halben gute Verordnung gemacht / so wollen Wir / daß derselben in allewege nachgegangen / und solche unsere Verordnung auch in unserer Stadt Leipzig / so viel sich nach Gelegenheit des Orts leiden will / ins Werck gerichtet und gehalten werde. Es soll aber gleichwol die Visitation der Apotheken also angestellet werden / daß dieselbe zu der Zeit von den Medicis geschehe / wenn sie sonst Vacantias halten und dadurch an den Lectionibus nicht verhindert werden. Pertinet huc etiam rescriptum Potentissimi Electoris Brandenburgici ad illustro Regimen Ducatus Magdeburgici d. 8. Jan. 1696. Wir haben aus eurer gehorsamsten Relation von 16. Novembr. jüngsthin vernommen / was ihr wegen Visitation der dortigen Universitäts Apotheke unterthänigst fürgestellt und für Anfrage gethan. Nun haben wir die Universität darüber vernommen. Weil nun dieselbe unterschiedliche wichtige Ursachen fürgestellt / warum ihr die Direction und Visitation der Universitäts Apotheke zu lassen / sich auch ferner ratione modi zu aller Billigkeit und also erboten / wie ihr aus beygehender Abschrift zu ersehen. Als haben wir ihr Peticum und

Zor

Vorschlag gnädigst placiret/ und befehlen euch hiemit in Gnaden / derselben die Direction und Visitation besagter Apothecken verlangeter massen ruhiglich zu lassen. Seynd ic.

§. IV. Possunt certe Visitaciones ejusmodi toties institui quoties Magistratui, aut Medicis etiam, ex justa causa necessarium videretur; si tamen specialis suspicio officii neglecti contra Pharmacopœum non adsit, communiter per annum una vice institui solent, v. Klock. de Arar. l. 2. c. 15. n. 20. Hinc in Ordinat. Medic. Brand. in §. præc. alleg. disponitur, Daß unser Collegium Medicum jährlich zum wenigsten einmahl eine jede Apothecke visitiren solle ic. & in Rec. Imp. de An. 1477. Tit. 34. Von den Apotheckern: So meynen wir hiemit ernstlich / und wollen / daß die Obrigkeiten / unter denen Apothecker wohnen / dieselbige durch ihre dazu verordnete/ und der Sachen verständiger / jährlich auffß wenigste einmahl visitiren und besichtigen/ und gute Ordnung und Reformation darinnen führenehmen und den Materialien gebührliehen Werth sehen lassen sollen. Tempus ad has visitaciones accommodatissimum autumnale esse putat. Job. Michaelis loc. cit. quia tunc herbæ & omnia sunt collecta & usui reposita, ne alias, si vere fiat Visitatio, Pharmacopœus habeat, quo se excuset, de nondum scilicet collectis colligendis: licet aliquibus in locis visitationem fieri subjungat cum Pharmacopœa nundinis redierint, ubi Medicinalium defectum supplere possunt. Conf. §. præced. ubi tempus determinatum, quo Medici in Universitatibus visitationem instituere debent. Fieri autem debent visitaciones, præprimis si suspicio adsit, ex improviso, haudque prius salutato Pharmacopœo, Brandenb. Medic. Ordn. loc. cit. ibi: ohnverwarnet/ facile enim alias fieri posset, ut sese ante præparet, allaboretque, unde hiatus Medicamentorum supplere queat, uti loquitur Michaelis loc. cit. p. 624. Addit tamen, si Pharmacopœa sit vir bonus officiique memor, quod tunc medicus Visitationem ipsi indicare possit. Instituantur autem sumptibus Pharmacopœi, qui visitatoribus & imprimis Medicis honorarium dare tenetur, quia & ipsi visitatio Medicamentorum suorum apprime conducit, v. Mi-

chael. l. c. *Ammanni Medic. Critic. Discurs.* 38. p. 263. *Brandenb. Medic. Ordn. in præmissa Constit. Friderici Wilhelmi §. 11.* ubi tamen dicitur, quod Magistratus & Pharmacopœi simul ad expensas istas teneantur.

§. V. Quemadmodum autem alias Medicus, si ad notitiam ejus pervenerit, quod confessionarius aliquis minus bene conficiat, id Curia denuntiare tenetur, v. *Constit. Friderici 2. Cap. 1. §. 6. recensitam*; Ita multo magis, si in visitatione deprehendat Medicamenta deperdita & inutilia, ea statim indicare & simul rejicere cogitur, die verdorbenen und unfüchtigen Materialien sollen von stund an hinweg gethan und keine gefälschte Waaren zu halten verstattet werden, *Sächs. Landts Ordn. d. A. 1550. tit. von Apotheken/ fol. 30.* Neque adeo Medicamenta ita semel rejecta vendantur viliori pretio, nec in officina tolerantur, præsertim si usu interno fuerint destinata, *conf. Ammanni Medic. Crit. Discurs.* 38. p. 263. Licet autem, quæ de Visitacionibus ita disseruimus, bene admodum statuta sint, pœna insuper 500. flor. dictata iis, qui visitationes intermissuri sint in *d. Ord. Prov. Sax. de A. 1550. d. fol. 50.* & Fridericus Imperator in *Constit. 3. supra c. 1. §. 7. apposita* ultimo supplicio feriendos censeat eos, qui fraudem in credito hoc ipsi officio admisisse probentur; Nihilominus tamen nonnulli, inter quos *Ammann. in Irenico p. 187.* de intermissione Visitacionum & non observantia cæterarum constitutionum accerbe conqueruntur. *Cur, inquit, Pharmacopœi non adstringuntur juramento? Sic quid pro quo substituere non possent. Cur visitationes Pharmacopoliolorum per dimidium ferme seculum prorsus neglectæ & intermissæ? Dispensatorium ubi? Certe credo Magistratum hic dormire in utramque aurem: per me dormiat! Ego, per Dei gratiam valeo, tu quoque Lector amice, cura ut valeas. Cujus querelæ, an justæ sint, scient illi, ad quos cura & visitatio Pharmacopoliolorum spectat. Interim quantum ad Visitaciones particulares seu privatas, de quibus in §. 3. meminimus, quæ a singulis Medicis, si quando pretiosa & paratu difficilia Medicamenta paranda sunt, institui possunt, v. Michaelis*

his loc. tit. p. 623. Klock. l. c. 19. Brandenb. Medic. Ordn. Tit. von Apothekern §. 23. in fin. fol. 18. ab init.

§. VI. Circa præparationem Medicamentorum operam dabit Magistratus sedulam, *partim*, ne acria, acida vel acetosa in vasis ferreis, æreis aut cupreis coquantur, quia horribile virus inde contrahunt, gustu fiunt abominabilia. & cuius ventriculo, etiam valenti, intolerabilia, *vid. Klock. de Arar. l. 2. C. 15. n. 18. partim*, ne Pharmacopœi in ullo quopiam Medicamento, a Medico præscripto, pro suo arbitratu quippiam mutant, dispungant, inferant, aut alia ratione vel modo, inconsulto & inscio Medico varient, & quid pro quo ponant, *id. ibid. n. 22. Boudewyn in Ventilabro Med. Theol. P. 2. qu. 7. p. 330. seqq.* Nam, si forte Medicus in præscribendo errorem committat, Pharmacopola autem hoc videat, tunc Medicum adire & illum consulere tenetur, *Boudewyn l. c. p. 334.* Brandenb. Medic. Ordnung. Tit. von Apothekern. §. 14. p. 13. *partim* denique, ne inconsulto Medico purgantia, vomitoria &c. secunda vice præparent, de quo in alleg. Brand. M. O. d. l. §. 20. p. 15. ita dispositum: *Abgeholet und albereit bezahlete Recepte, insonderheit die von einiger Wichtigkeit / bedenklicher oder gefährlicher Consequence sind / als Purgantium, Vomitoriorum, Menses vel urinam moventium, starcker Sudoriferorum, Opiatorum, und dergleichen sollen ohne Vorwissen und Bewilligung des Medici, zum andern mahl nicht wieder gemacht werden / zumahlen hiedurch viel ungerimtes / insonderheit mit denen Purgantibus, opiatis &c. verurthschet werden kan.*

§. VII. Quantum ad venditionem medicamentorum attinet, cum non desint homines maliciosi, qui medicamenta non ad sanitatem, sed mortem aliorum promovendam comparant, Magistratus cavebit, ne Pharmacopœi suspectis personis aliquid, præsertim purgantia, vomitoria, venena, aut abortum procurantia vendant, qua de re post *Const. Crimin. Art. 37. in Ordin. Med. Goth. de Ann. 1694. cap. 2.* von denen Apothekern §. 3. talis sanctio extat: *Es hat kein Apotheker einiges Medicament, insonderheit simplicia & composita purgantia, vomitoria und*

ander

andere treibende oder verdächtige medicamenta, vielweniger aber venena, ohne vorbewußt und consens des Medici weg zu geben / noch vergleichen den Seinigen zu gestatten / es geschehe dann / was diß letztere anbetrifft / auff Vorzeigung gnugsamen Scheins von den unverdächtigen ehrlichen Leuthen / und Anführung der Ursach / wozu die Medicamenta sollen gebraucht werden. v. Klock. l. c. num. 25. & 27. Amman. Medic. Critic. Discurs. 6. p. 29. seqq. & Discurs. 60. p. 413. seqq. Præterea quoque animadvertendum Magistratui, ne Pharmacopœi quid pro quo, uti est in proverbio, ægotantibus vendant, parum curantes an bonum, vel malum effectum habitura sint medicamenta, modo ipsorum crumena repleatur, v. hic pluribus Boudewin in Ventilabr. Med. Theol. P. 2. qu. 7. p. 333. Plures enim hac de causa occumbunt, alii in graviores incidunt infirmitates, dum liberare se putant, prout inquit Job. Franc. Ripa in Tr. de peste. C. 4. n. 147. p. 145. & ejusmodi falsos aromatarios crimen stellionatus incurrere & graviter puniendos esse affirmat. Exemplum ejusmodi substitutionis, quando confectionem Alkermes ex Coccionella præparant, habet Ammann. in Med. Crit. Discurs. 16. n. 5. p. 146. ab init. ubi & de Thrasonico Pharmacopœorum more, qui se materialia immediate ex Indiis & Hispania procurare vendicant, nonnulla addita invenies.

§. VIII. Præprimis vero eo respiciendum est, ut pondera justa sint in domo vel officina Pharmacopœi. Pondera hæc enim sunt limites quasi ac Regulæ, monstrantes viam, qua sine deflexione eundum, ne medicamenta vel in minori, ut decet, quantitate exhibeantur, & sic effectu sperato destituantur, vel cum excessu porrectis corpus aut lædant, aut totaliter destruant. Similiter circa pretium medicamentorum juste determinandum laborare debet Magistratus. Non poterit enim alias non evenire, quod & habendi libido, in Pharmacopœo, & necessitas emendi in ægro illum ad plus, quam justum est, exigendum instiget. Hinc, cum frequentiores, ut inquit Klock. loc. sæpe cit. n. 28. non adferantur & audiantur querelæ, quam de quorun-

rundam Pharmacopolarum iniquitate & agrorum loculos emungendi impunitate, tabiosa avaritia, sapienter a Magistratibus summis data lex est, qua remedium omnium, quæ in Pharmacopolio prostant, taxationem, censura Magistratus approbatam & typis descriptam in publicum emittere, eamque juxta medicamentorum ascendentia & descendentia præcia quotannis mutaram & renovaram evulgare jubetur. Unde in *Rec. Imp. de A. 1577. Tit. 34.* sancitur, daß die Oberigkeit jedes Orts den gebührlischen Werth der Materialien/ weil sonst die Apotheker dieselbe übersehen und unseidlich steigern/ sehen sollen/ idem dispositum in der Sächs. Tay. Ordn. de A. 1623. Class. 2. Tit. Material und Apotheker Waaren & in der Landes Ordn. de A. 1550. Tit. von Apothekern fol. 30. conf. & *Constitut. 2. Friderici, Cap. 1. §. 6. recensita,* quemadmodum, etiam hodie varias pro varietate locorum constitutiones de Taxa medicamentorum, e. g. Die Chur-Brandenburgische/ Sachsen-Gothaische/ Leipziger Tay. Ordnung/ promulgatas & typis exscriptas habemus.

§. IX. Juxta ea quoque, quæ jam supra c. 2. §. 16. diximus, prohibendi erunt Pharmacopœi per Magistratum, ne officii sui immemores aliena appetere, seu Praxin Medicam exercere intendant. Non raro enim quidam experientiæ fallaci fidentes promiscue quibuslibet operam suam, nihil minus, quam medicam, obrudunt, mortemque certam vendunt, v. *Speidel Specul. Voc. Apotheker.* Narrat *Conring. de antiquit. Acad. Diss. 2. p. 57.* in Montepesulano, antiquissimo & celeberrimo artis Medicæ emporio, si quis Medicum se mentitus fuerit, mox eundem in asinum frigosum &, si inventus, scabidum raptum, adversus tota urbe circumductum, ludibrio omnibus expositum, vapulasse, laceratum, fordibus omnis generis conspurcatum & urbe ejectum fuisse: illuc nunquam rediturum, nisi maximo malo, oporquet ut & alibi passim idem fieret. Licet autem huic *Conringii* voto & approbationi ejusmodi Processus vere bestialis, minime calculum nostrum adjiciamus, id tamen & cum eo credimus, si in omnes medicastros Magistratus severe animadverteret. pauciores incuria ejusmodi sortis hominum morituros fore. Quamvis nesciam an non hic major culpa sit con-

sulen-

fulentium, quam consilia dantium. Unde non inepte Princeps aliquis imploranti ejus opem contra medicum mulorum, qui supplicanti medicamento dato nocuerat, si non fuisset mulus, ait, non consuluisses medicum mulorum.

§. X. Porro ea, quæ de pactis inter Medicum & ægrotum non ineundis, vulgo tradunt Systematici, ob paritatem rationis etiam ad Pharmacopolas extendi possunt; licet enim ex *l. 3. ff. de extraord. Cogn.* quæ communiter allegari solet, generalem & universalem illam assertionem deduci non posse, sed ibi de casu speciali, ubi Medicus contra bonam fidem adversa medicamenta inferendo, ægrotum ad vendendum compulerat, sermonem esse recte existimet *Struv. S. I. C. Ex. 23. tb. 3.* Tamen si eam rationem acceptamus, quod ægrotus in necessitate constitutus Medicum irritare nolens, concussionem quasi ad contrahendum raptus, videatur, utique illa etiam in Pharmacopœum, qui non minus Medico mala medicamenta suppeditando nocere potest, quadrabit. Non solum ergo illud, quod diximus, sed & hoc, quod sequitur, præcavere studebit Magistratus, scilicet ne Pharmacopœi cum Medicis in detrimentum ægroti, tanquam tertii, pactum aliquod ineant. Quo pejor, eo vetustior tamen videtur ista negotiatio, cui jam obviam ire studuit *Imperator Fridericus in Constit. 2. Cap. 1. §. 6. relata. ibi: Non contrahat societatem cum Confectionariis. Sane Boudewyn in Ventilabro Med. Theol. P. 2. qv. 48. p. 283.* acerbè conqueritur, quod aliqui Medici nimium proprio, vel Pharmacopœæ lucro inhiant, ejusque ratione simplicioribus, viliorisque pretii medicamentis relictis, quamvis æqualis, aut etiam majoris virtutis sint, ad pretiosiora quantumvis non necessaria recurrant, ut bursam pharmacopœi taginent, atque ex eo, quod pessimum, etiam propriam, &c. Quemadmodum autem probi & pii Medici ab ejusmodi technis & machinationibus sua sponte abhorrent; ita e contrario fraudulentæ multorum talia machinantium occurrere, hic labor certe, hoc opus est.

§. XI. Fœcunda inter homines corruptos sunt vitia, nec tam angustis cancellis, uti virtutes quidem, se includi patiuntur. Latissimus ergo de Cura magistratus circa cohibenda variorum generum vitia Pharmacopœorū, differendi campus adhuc nobis
su.

superesset. Possimus singula enumerare, detrimenta ex illis propullulantia ob oculos ponere, & monita ad Magistratum spectantia iusto ordine subungere. Verum ad finem properemus. Pauca ergo adhuc breviter & per indicem apposuisse sufficiat. Prospiciendum potissimum, ne Pharmacopœi ebrietati, commestationibus & omnis generis luxui assuescant, inordinata enim exinde vita, bonorum dissipatio & neglectus officii ortum suum trahunt: ne se variis negotiis extraneis immisceant, atque sic ipsi præparatione Medicamentorum vacare non possint: ut pauciores potius, easque optimis Medicamentis repletas pyxides, quam plures vacuas habere annitantur, ne ex vetustis, viribus destitutis speciebus, Medicamenta præparent, eademque pro optimis venditent: ut sufficientem diligentiam & munditiam adhibeant, non autem in pyxidibus & mortariis, in quibus venena reservate fuerunt, vel contusa, interna etiam Medicamina vel condant, vel præparent, tunc enim revera dici possent, *Mortem in olla esse*. Uno verbo, ne quid admittant, quod cum fidelitate & sinceritate, quæ a bono Pharmacopœi requiritur, pugnare videri possit, *conf. Boudewyns Ventilabr. Med. Theol. p. 2. qu. 7. p. 332. 333.* De erroribus Pharmacopœorum circa electionem, quantitatem, compositionem, ætatem & usum Medicamentorum v. *Pauli Zachie Quest. Med. Legal. l. 6. tit. 1. quest. 10.*


§. XII. Quemadmodum autem denique Magistratus ex officio in delicta a Pharmacopœis admittenda animadvertere potest, imo tenetur, ita, ut, si dolo malo venenosa aut alia periculosa Medicamina ægrotanti porrexerit, aut cum ementibus illa in perniciem aliorum colluserit Pharmacopœus, capite plecti, *arg. Conf. Crim. Art. 134.* in aliis autem delictis arbitraria pœna isti imponi possit; Ita etiam quam maximam operam dabit, ut si quis forte Pharmacopœus vel ob dolum, vel culpam, cui etiam imperitiam annumeramus, a læso ad consequendum id, quod sua interest, conventus in iudicio fuerit, iustitia querenti citra ullum respectum administretur, ut & cautius mercari discant Pharmacopœi, & ægrotantes non exinde damnum aut ipsam mortem etiam timere necesse habeant, unde auxilium expectare debent. Nullum vero restat dubium, Pharmacopœos:

poeos damnium dantes actione legis Aquiliae conveniri posse arg. l. 7. §. pr. ff. ad. l. Aquil. Memoratur equidem in d. l. 7. §. actio locati, sed eam hodie locum non habere arbitror, sed potius actionem praescriptis verbis. Alia enim ratio erat jure Romano, ubi Medicina exercebatur a servis, adeoque operae Medicæ erant locari solitæ. Hodie autem dignitas Medicorum, & eorum argumento etiam Pharmacopœorum postulat, ut operæ eorum eximantur ex operis mercenariorum seu locari solitis.

ADDITIO.

Ursi nos Typographus, ut adeo festinantes Ordinationem politicam Ducatus Magdeb. de A. 1688. evolvere omiserimus. Interim ut harmoniam inter ea, quæ diximus in Dissertatione, & all. Ordinationem ostendamus, pauca hæc subungere placuit. Quæ in cap. 2. §. 2. §. 1. 2. 3. adduximus, habentur in d. Ord. cap. 25. §. 5. 6. 13. 17. 18. 21. 24. 25. 26. 27. 59. 60. usq; ad 74. ubi & plura alia ad officium Pharmacopœorum spectantia, tam generalia, quam specialia, inveniuntur. De juramento, de quo in Diff. C. 2. §. 4. agit, §. 16. d. Ordin. De jure prælationis C. 2. §. 10. Diff. C. 2. §. 4. agit §. 16. d. Ordin. De jure prælationis C. 2. §. 10. Diff. habetur in §. 75. Privilegia in §. 11. 12. 14. 15. d. Cap. 2. recensita adstruuntur in §. 1. 12. 86. 87. 88. & 89. addito hoc, quod, quemadmodum Pharmacopœi Medicis agrotantibus pharmaca gratis suppeditare debent, ita & Medici illos sine remuneratione curare debeant, si forte egrotent, d. cap. 25. §. 9. & 20. De interdicta ipsis Præxi Medica §. 16. C. 2. Diff. agit. §. 20. Quæ in cap. 3. §. 2. diximus, conveniunt cum §. 8. quæ de Visitationibus in §. 3. 4. cum §. 4. 14. 81. 82. De preparatione & venditione medicamentorum quæ attulimus in §. 6. 7. & 8. d. Cap. 3. Dissert. constituuntur in §. 5. 24. 60. 61. ad 71. & de Venenis aliisq; caute vendendis in §. 72. 73. 74. conf. & §. 19. 22. & 23. ubi de Medicamentis non substituendis &c. agitur. Plurima alia circa receptionem & officium ministrorum & famulorum der Apotheker Gesellen und Lehr. Jungen observanda, & quot annos hi arti pharmaceuticæ addiscende insumere necesse habeant, disposita ibidem reperiuntur in §. 10. 15. 28. 29. seqq. usque ad 50. quæ, cum ad propositum nostrum directe non pertinuerint, atque hinc in Dissertatione pauca de illis inveniuntur, ibidem legi possunt.





Halle Diss, 1697
(T-Z)

ULB Halle 3
001 923 897



sb

VD 17







10

Apr. 39. *Prüfung* 31.

1697

202

8

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS,
DE

JURE CIRCA PHARMACOPOLIA CIVITATUM,

P. 138,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECTORATUS BRANDENBURG. HÆREDE,
&c. &c. &c.
CONSENSU SUPERIORUM
PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
CONSILIAR. ELECT. BRANDENBURG. ET FACULT
JURID. h. t. DECANO,
PRO LICENTIA



Summos in utroque Jure honores ac Privilegia
Doctoralia ritè capeffendi,
Publico Eruditorum-Examini submittit

CHRISTIANUS LUDOVICUS FRITSCHIUS,
Schwartzburgicus.

IN AUDITORIO MAJORI
D. XV. April. MDCXCVII. horis ante & pomeridianis.

RECUSA, HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1722.

